* The accusative is sometimes put after adjectives and participles, where the preposition *secundum* seems to be understood, as *dimissus vultum, luxatus membra*.

fusa per auras et denuo admota corpori, aut iterum recepta in id ipsum (i.e. corpus) inficit gravissimis morbis, nec sistit gradum, sed veluti nacta vires per pabulum, grassatur longe que latè per populos.

60. Quoque animales functiones quas regimus nostro arbitrio, aut sæpe negliguntur, aut nimis exercentur. Ex utroque periculum (est.) Desidiâ, sive animi sive corporis, vires utriusque languescunt; haud minùs læduntur nimia exercitatione. Enim provida Parens rerum statuit, ut vires singularum partium, et universi corporis que animi roborentur et acuantur usû; et iterum posuit fines huic; ita ut neque usus quem natura voluit impunè omittatur, neque intendatur ultra modum. Hinc athletæ, et otiosi, et desides pariter (sunt) obnoxii morbis, sed singuli suis; hinc quoque (est) damnum a nullâ aut nimia exercitatione mentis; hinc quoque (sunt) multi

diffusa, et corpori denuo admota, aut iterum in id ipsum recepta, gravissimis morbis inficit; nec sistit gradum, sed veluti vires per pabulum nacta, longe lateque per populos grassatur.

60. Functiones quoque animales, quas nostro arbitrio regimus, sæpe aut negliguntur, aut nimis exercentur. Ex utroque periculum. Desidia, sive animi sive corporis, utriusque vires languescunt: nimia exercitatione, haud minus læduntur. Statuit enim provida rerum Parens, ut singularum partium, et universi corporis animique vires usu roborentur et acuantur; et huic iterum certos fines posuit: ita ut neque quem voluit natura usus impune omittatur, neque ultra modum intendatur. Hinc athletæ, et otiosi et desides, pariter morbis, sed singuli suis, obnoxii: hinc quoque damnum a nulla aut nimia mentis exercitatione: hinc quoque multi morbi, quibus varii

pore of the skin, which having been long collected, and not scattered through the air, and again applied to the body, or again received into it, infects with most severe diseases. Neither does it stop its progress, but having, as it were, gained strength with its aliment, ranges far and wide amongst the people.

60. The animal functions also which we control by our will, are frequently either neglected, or too much exercised. There is danger from each (extreme.) By indolence either of the mind or body, the powers of both become weakened. They are not less injured by too much exercise. For the provident Parent of nature has ordained that the powers of individual parts, and of the whole body and of the mind should be strengthened and rendered more acute by use: and she has likewise assigned limits to them, so that neither the exercise which nature intended should be omitted with impunity, nor carried beyond moderation. Hence, athletics, the idle, and the indolent,

obnoxii sunt artifices, morbosi fere et degeneres homines; scilicet qui eadem semper arte, ipsaque forsitan parum salubri, occupati, partes quasdam corporis plurimum, sæpe nimis, exercent, dum multis aliis partibus parum utuntur; vel fortasse pravo corporis situ, aut malo vitæ genere, earundem functiones multum impediunt; et sic, dum mirum quarundam partium adipiscuntur usum et robur, generalem corporis vigorem, et, quæ ab illo pendet, prosperam valetudinem, male perdunt.

61. Cæterum et ab iis quas nullo nostro arbitrio regimus, tam animi quam corporis functionibus, valetudinis discrimen non leve esse potest. Animi imprimis affectus, qui modici grate excitant, vehementes, aut graves et diuturni, hujus pariter ac corporis vires frangunt; hominem interdum statim extinguunt, sæpius longa valetu-

morbi, quibus varii artifices sunt obnoxii, fere morbos et degeneres homines; scilicet qui semper occupati eadem arte que ipsa forsitan parum salubri, exercent plurimum sæpe nimis quasdam partes corporis, dum parum utuntur multis aliis partibus; vel fortasse multum impediunt functiones earundem, pravo situ corporis aut malo genere vitæ, et sic, dum adipiscuntur mirum usum et robur quarundam partium, male perdunt generalem vigorem corporis, et prosperam valetudinem, quæ pendet ab illo.

61. Cæterum discrimen valetudinis non potest esse leve, et ab iis functionibus tam animi quam corporis, quas (functiones) regimus nullo nostro arbitrio. Imprimis affectus animi (quum) modici gratè excitant, (quum) vehementes, aut graves et diuturni, frangunt pariter vires hujus ac corporis; interdum statim extinguunt hominem, sæpius macerant longâ vale-

are equally liable to diseases, each to their own. Hence also there is mischief from not any, or excessive exercise of the mind; hence also there are many diseases to which artisans are liable, generally sickly and degenerate men; for they being always occupied in the same employment, and that perhaps not a healthy one, exercise to a great degree (and) often too much, certain parts of the body, whilst they make little use of many others; or perhaps they considerably obstruct the functions of the same, either by a bad position of the body, or by a bad mode of living; in this way, whilst they acquire wonderful use and strength of certain parts, they sadly lose their general vigour of body, and that flourishing state of health which depends upon it.

61. Moreover, the danger to health cannot be slight, from the functions of the mind and body which we control by no will of our own. In particular, the affections of the mind, which (when) moderate excite agreeably, (when) violent, or depressing, or long continued, equally break down its strength as well as that of the body: sometimes they destroy instantaneously,

tudine. *Excessus vel defectus somni quo egemus ad reficiendas exhaustas vires, nocent et animo et corpori.*

62. *Multa sunt semper excernenda e corpore, in sanissimo statu. Si hæc retinentur, est malum: si excernuntur plus justo, quodque malum est; si retinenda naturâ, excernuntur sponte vel casû vel arte, iterum est malum. Quoque facillimè intelligitur ex his, sæpe gravissimum periculum posse oriri ab inepto aut intempestivo usû remediorum; quippe quæ aut excitant aut intendant præter naturam varias functiones proprias et necessarias corpori aut sopiant et reprimant que demum sæpe minuant que secretiones et excretiones, sæpe augeant ultra modum vel denique efficiant novas excretiones et detractiones humorum, quales natura neque unquam instituerat in sano statu, neque potest ferre sine damno.*

dine macerant. Somni etiam, quo ad exhaustas vires reficiendas egemus, excessus vel defectus, at animo et corpori nocent.

62. Sunt multa in statu sanissimo e corpore semper excernenda. Hæc si retinentur, malum est: si plus justo excernuntur, malum quoque: si natura retinenda, sponte, vel casu, vel arte excernuntur, malum iterum. Ex his quoque (61, 62) facillime intelligitur, gravissimum sæpe oriri posse periculum ab inepto aut intempestivo remediorum usu: quippe quæ varias functiones, corpori proprias et necessarias, aut excitent et intendant præter naturam, aut sopiant et reprimant, secretionisque demum excretiones sæpe minuant, sæpe ultra modum augeant, vel denique novas efficiant excretiones et detractiones humorum, quales natura neque instituerat unquam in statu sano, neque sine damno ferre potest.

(but) more frequently waste man away by tedious illness. Excess or want of sleep which we stand in need of to repair the wasted strength, are injurious both to the mind and body.

62. There are many things always to be excreted from the body in its most healthy state. If these are retained, there is mischief; if they are excreted in excess, there is also mischief: (and) if those to be retained are excreted spontaneously, by accident, or by means of art, there is again also mischief. It will be easily understood from this, that frequently the greatest danger may arise from an undue and unseasonable use of remedies; for they either excite or preternaturally force the various functions, proper and necessary to the body, or allay or repress them, or, at length, frequently diminish both the secretions and excretions, or increase them immoderately, or lastly, give rise to new excretions and discharges, such as nature would never have established in the healthy state, nor could produce without injury.

63. Ut solidæ partes interdum flaccescunt, molliuntur, fere solvuntur, propriis muneribus impares factæ; sic fluidæ nonnunquam spissantur, et in massas solidas etiam durissimas formantur, unde organorum actiones impeditæ, dolor insignis, et varii et graves morbi.

64. Postremo, animantia quædam inter morborum causas recensenda sunt: nimirum quæ suam vitam aliorum malo tolerant. Ipse animalium dominus hujusmodi animantibus prædæ est et domicilio, quæ vel extrinsecus invadunt, vel intus habitant, et viscera adhuc vivi rodunt, sæpe cum insigni malo et vitæ discrimine, nec raro ipsius jactura.

65. Verum neque tot tantisque periculis homo inermis objicitur; neque, simul ac morbus invaserit, nulla superest salutis spes. Inest enim corpori vis prorsus mirabilis, qua contra morbos se tueatur, mul-

63. *Ut interdum solidæ partes flaccescunt, molliuntur, ferè solvuntur, (et sunt) factæ impares propriis muneribus; sic fluidæ (partes) nonnunquam spissantur, et formantur in solidas etiam durissimas massas; unde actiones organorum (sunt) impeditæ, (est) insignis dolor et (sunt) varii et graves morbi.*

64. *Postremò quædam animantia sunt recensenda inter causas morborum; nimirum quæ tolerant suam vitam malo aliorum. Ipse dominus animalium est prædæ et domicilio animantibus hujusmodi, quæ vel invadunt extrinsecus, vel habitant intus, et rodunt viscera corporis adhuc vivi sæpe cum insigni malo et discrimine vitæ, nec rarò jacturâ ipsius.*

65. *Verum neque homo inermis objicitur tot tantisque periculis; neque, nulla spes salutis superest, simul ac morbus invaserit. Enim vis prorsus mirabilis inest corpori, quâ (vi corpus) tueatur se contra morbos, ar-*

63. As the solid parts sometimes become flaccid, are softened and nearly dissolved, (and) rendered unfit for their proper functions; so the fluid (parts) are sometimes thickened and formed into very hard solid masses; whence the impeded actions of organs, remarkable pain, and various and severe diseases.

64. Lastly, certain animals are to be enumerated amongst the causes of diseases, namely those that support their life by the disease of others. The lord himself of the animals is a prey and habitation to vermin of this kind, which either attack from without or inhabit within, and corrode the viscera (of the body) whilst living, frequently with great mischief and danger to life, and not unfrequently with loss of it.

65. But man is not exposed defenceless to so many and great dangers, nor is no hope of health remaining, as soon as a disease attacks him. For there is an astonishing power in the body, by which it can protect against

ceat multos (morbos), solvat multos jam inchoatos, quam citissimè et optimè, que lentius perducatur alios suo modo, ad felicem exitum.

66. *Hæc (vis) vocatur autocrateia seu vis medicatrix naturæ; notissima medicis atque philosophis et celebrata multum neque immeritò. Hæc (vis) sola sufficit ad sanandos multos morbos, ferè juvat in omnibus (morbis); quin et medicamenta optima suâ naturâ, solummodo tantum valent, quantum excitent, dirigant, gubernent vires hujus. Enim medicina neque prodest cadaveri, neque proficit quicquam, naturâ repugnante. Hic planè est aliquid similis et communis inter salutares vires remediorum, et nocentes (vires) causarum morborum, de quibus jam dictum est (47).¹*

67. *His viribus naturæ vulnera sanantur, fluxus sanguinis compescitur, ossa diffracta coalescunt, multa noxia ejiciuntur e corpore,*

tos arceat, multos jam inchoatos quam optime et citissime solvat, aliosque suo modo, ad felicem exitum lentius perducatur.

66. *Hæc autocrateia seu vis naturæ medicatrix vocatur; medicis atque philosophis notissima, et multum neque immerito celebrata. Hæc sola ad multos morbos sanandos sufficit, in omnibus fere juvat: quin et medicamenta sua natura optima tantum solummodo valent, quantum hujus vires insitas excitent, dirigant, gubernent. Medicina enim neque prodest cadaveri, neque repugnante natura quicquam proficit. Hic plane est aliquid similis et communis inter salutares vires remediorum, et nocentes causarum morborum, de quibus jam (47) dictum est.*

67. *His naturæ viribus vulnera sanantur, sanguinis fluxus compescitur, ossa diffracta coalescunt, multa noxia e corpore ejiciuntur,*

diseases, drive off many others, relieve those already commenced, in the speediest and best manner, and conduct others by a slower process, in its own way, to a favourable termination.

66. This (power) is called autocrateia, or vis medicatrix naturæ, well known to medical men and philosophers, and much nor undeservedly celebrated. This power alone is sufficient for curing many diseases, and is generally useful in all; and, moreover, medicines of the best description are only useful inasmuch as they excite, direct, and govern the innate powers of this (principle). For medicine is neither of use to a dead body, nor is it of any avail if nature is opposed to it: here evidently there is something alike and in common, between the salutary powers of remedies and the noxious causes of diseases, of which we have already spoken.

67. By these powers of nature wounds are healed, hæmorrhage is stopped, fractured bones unite, and many noxious things are thrown out of the body,

et sic, quæ nulla ars attingere potuisset mala, sine ope externa sua sponte evanescent.

68. Merito igitur his viribus Medici confidunt, easque conantur languentes excitare, aut si plane defecerint, tum solitas earum actiones arte imitari. Non tamen iis solis semper fidendum est; quippe quæ in quibusdam morbis nullæ sint, in multis vero nimix et adeo vehementes, ut sint quam ipse morbus magis metuendæ.

69. Leviores morbi naturæ viribus satis tuto relinquuntur; sed nemo sanus hydropem, vel luem veneream, vel visceris cujusvis inflammationem, iisdem commiserit: scilicet quæ in illis morbis nullæ sint; in his autem vehementissimæ, verum ineptæ, et valde periculosæ, et gangrænam, vel suppurationem fere haud minus exitialem, effecturæ.

70. A duplici errore igitur cavere oportet; neque vires naturæ

et sic mala quæ nulla ars potuisset attingere, evanescent suâ sponte sine externa opo.

68. Igitur meritò medici confidunt his viribus, quæ conantur excitare eas languentes, aut si planè defecerint, tum imitari arte solitas actiones earum. Tamen non semper fidendum est iis solis; quippe, quæ sint nullæ in quibusdam morbis, vero nimix et adeo vehementes in multis, ut sint metuendæ magis quàm ipse morbus (metuendus est).

69. Leviores morbi satis tuto relinquuntur viribus Naturæ: sed nemo sanus, commiserit hydropem, vel luem veneream vel inflammationem, cujusvis visceris iisdem (viribus); scilicet, quæ sint nullæ in illis morbis; autem in his, vehementissimæ, verum ineptæ, et valde periculosæ, et effecturæ gangrænam, vel suppurationem ferè haud minus exitialem.

70. Igitur oportet cavere a duplici errore;—neque

and thus maladies, which no art could reach, disappear spontaneously and without external aid.

68. Therefore medical men properly trust to these powers, and endeavour to excite them (when) languid, or if they have evidently failed, to imitate their usual actions by art. However, we must not always trust to them alone, for they, in some diseases, are of no avail, but so excessive and violent in many, that they are more to be feared than the disease itself.

69. The more slight diseases are very safely left to the powers of nature; but no sensible man would have trusted dropsy, or Lues Venerea, or inflammation of of any viscus to them (alone); for they are of no avail in the former; but in the latter most potent, but inappropriate and very dangerous, and about to produce gangrene or suppuration, generally not less destructive.

70. Therefore it is necessary to beware of the twofold error—neither to

spe, nere vires Naturæ, neque colere (illas) nimis religiosè. Enim tantum abest,* ut* semper conveniat* premere vestigia illius, ut sit sæpe necesse tenere iter prorsus contrarium, que niti contra conatus ejus summâ ope.*

71. *Neque natura ipsa docet officium medici cohiberi tam arcto limite; enim illa prodiga suggerit innumera remedia quæ pollent maximis viribus in humano corpore, et valent efficere varias et saluberrimas mutationes in eo. Hoc modo etiam plurimæ causæ morborum queant converti a solerte medico in præstantissima auxilia; scilicet quicquid afficit corpus vehementer, nunc potest esse neci † eidem †, nunc iterum remedio (eidem).*

72. *Verò est (officium) medici, naturâ et causâ morbi cognitâ, judicare quid mutationis requiratur, ut morbus mutetur in sanitatem. Hæc medicina quidem est (medi-*

spernere, neque nimis religiose colere. Tantum enim abest ut semper illius vestigia premere conveniat, ut sæpe necesse sit contrarium prorsus iter tenere, contraque ejus conatus summa ope niti.

71. *Neque medici officium tam arcto limite cohiberi ipsa natura docet: suggerit enim prodiga, innumera remedia quæ maximis viribus in corpore humano pollent, et varias et saluberrimas mutationes in eo efficere valent. Hoc modo etiam plurimæ morborum causæ a solerte medico in præstantissima auxilia converti queant; scilicet, quicquid corpus vehementer afficit, eidem nunc neci (53, 62), nunc iterum remedio, esse potest.*

72. *Medici vero est, cognita natura et causa morbi, judicare quid mutationis requiratur, ut morbus in sanitatem mutetur. Hæc quidem est medicina rationalis sive*

despise the powers of nature, nor to respect them too scrupulously. For it is so far from being proper always to follow her steps, that it is frequently necessary to take a directly opposite course, and to strive against her efforts with all our power.

71. Neither does nature herself shew that the office of the medical man is confined within such narrow limits; for she, bountiful, suggests innumerable remedies, which are endowed with great powers on the human body, and are able to effect many and very salutary changes within it. In this way, also, many causes of diseases may be converted, by a skilful physician, into most powerful auxiliaries; that is to say, whatever affects the body powerfully, at one time may be its death, at another again its cure.

72. It is the duty of the physician, the nature and cause of disease being known, to decide what change may be required, that disease may be con-

* *Tantum abest, ut semper conveniat*, so far is it from being proper, like *tantum abest miles ut perturbaretur*, so far is the soldier from being frightened.

† *Sum*, with many other verbs, take two dative cases after it, as *mare est, nautis exitio, quicquid vehemens est, potest esse neci corpori.*

dogmatica. Est et altera, empirica nimirum, quæ, missis hujusmodi ambagibus, sola remedia quærit et profert certa et definita vi prædita ad certos morbos delendos.

73. Hujusmodi remedia omnis circumforaneus medicus jactat, omnis anus se credit possidere; populusque, qui fere decipi quam sapere mavult, talibus remediis semper fidit; neque profecto, postquam sanitatem cum re amiserit, facile sinit gratissimum menti errorem eripi; scilicet quem nolit intueri, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. Quam pauca vero istiusmodi remedia adhuc reperta fuerint, peritissimi medici fatentur et dolent. Quod si remedia quædam fuerint quæ vi nondum explorata aut intellecta in corpore humano pollent, id minime mirum; quippe quia tot existant morbi quorum natura et causæ

cina) rationalis sive dogmatica. Et est altera (medicina) nimirum empirica, quæ, ambagibus hujusmodi missis, quærit sola remedia et profert illa prædita vi certâ et definitâ ad delendos certos morbos.

73. Omnis circumforaneus medicus jactat remedia hujusmodi, omnis anus credit se possidere, quæ populus qui fere mavult decipi quam sapere, semper fidit talibus remediis; neque profecto, postquam (populus) amiserit sanitatem cum re, sinit facile gratissimum errorem eripi menti; scilicet quem nolit intueri, adeo blanda est cuique dulcedo sperandi pro se. Vero peritissimi medici fatentur et dolent quam pauca remedia istiusmodi adhuc fuerint reperta. Quod si fuerint quædam remedia, quæ pollent in humano corpore vi nondum exploratâ aut intellectâ, id est minimè mirum quippe quia tot morbi existant, natura et causæ quorum (mor-

verted into health. This kind of medical practice is (called) rational, or dogmatic. But there is another kind; namely, the empirical, which laying aside doubts of this description, seeks for single remedies, and brings them forward as endowed with a certain and specific power, for eradicating certain diseases.

¶ 73. Every wandering quack boasts of remedies of this description; every old woman thinks that she possesses (some); and the multitude, who would rather be deceived than instructed, always put confidence in such remedies; nor even after they have lost their health, together with their money, do they easily permit that most grateful delusion to be eradicated from the mind, being such as they are unwilling to see, so sweet is the pleasure to every one of hoping in their own cases. But the most skilful medical men confess and lament, how few remedies of this description have been discovered. But if there should be remedies, which are endowed with some undiscovered and unknown influence upon the human body, it is by no means surprising, inasmuch as there are so many diseases, the causes and nature of which are entirely concealed.

borum) prorsus lateant. Cæterum, quo perfectior medica scientia fuerit, eò facilius erit reddere rationem virium medicamentorum et modi quò afficiant corpus, que prosint in variis morbis.

74. Igitur remedia solent ordinari, secundum manifestos effectus, quos præstant in humano corpore. Vel afficiunt partes solidas vel fluidas. (Illa remedia) alunt, consumunt, firmant, laxant, excitant, (vel) sopiunt illas (partes). Corrigunt atque evacuant has, vitiatas quantitate, vel qualitate; que id (factum est) vel viis naturalibus vel aliis (viis) insolitis vel factis arte. Nec auxilia desunt adversus concretiones formatas intra corpus, aut animalia hospitantia in eodem (63, 64).—Vero scientia effectuum medicamentorum et modi quo afficiunt corpus, vocatur *Therapeia*.

prorsus lateant. Cæterum, quo perfectior fuerit scientia medica, eo facilius erit medicamentorum virium, et modi quo corpus afficiant, variisque in morbis prosint, rationem reddere.

74. Remedia igitur ordinari solent, secundum effectus manifestos quos in corpore humano præstant. Afficiunt vel partes solidas vel fluidas. Illas alunt, consumunt firmant, laxant, excitant, sopiunt, Has vel quantitate vel qualitate vitiatas, corrigunt, atque evacuant; idque vel viis naturalibus, vel aliis insolitis et arte factis. Nec desunt auxilia adversus concretiones intra corpus formatas, aut animalia in eodem hospitantia (63, 64). Medicamentorum vero effectuum et modi quo corpus afficiunt, scientia, *Therapeia* vocatur.

But the more perfect medical science shall become, so much more easy it will be to give an explanation of the power of remedies, of the manner in which they influence the body, and are beneficial in various diseases.

74. Therefore remedies are accustomed to be classed according to the evident effects which they produce in the human body: they either affect the solid or fluid parts. They nourish, consume, strengthen, relax, excite, or depress the former. They correct and evacuate the latter when vitiated in quantity or quality; and (may do) this either by the natural passages, or by others unusual, or produced by art. Nor are remedies wanting for concretions formed within the body, or against animals lodging in the same, (63, 64.) The knowledge of the effects of medicines, and the mode in which they affect the body, is called *Therapeia* (or *Therapeutics*.)

CAP. II.—*De solida materia ex qua corpora animalium fiunt, variisque ejus dotibus, tum chemicis tum mechanicis; de conjecturis circa ejus ultimam et minutissimam fabricam; de tela reticulata; necnon de adipis origine, natura, et usu.*

75. CORPUS humanum constat ex partibus solidis et fluidis; quarum mutua actione functiones vivi hominis (quatenus corporeæ sunt) peraguntur. Utræque assidue mutantur et renovantur; solidæ vero lentius. Ab his igitur incipiendum est; quippe quæ universo corpori formam et firmitatem dent.

76. Solidam materiam ex qua corpora animalium constant, solidum animale brevitatis causa, vocamus. Hoc autem varias habet dotes, chemicas, mechanicas, vita-

CAP. II.—*De solidâ materiâ ex quâ corpora animalium fiunt, quæ de variis dotibus ejus, tum chemicis tum mechanicis; de conjecturis circa ultimam et minutissimam fabricam ejus; de telâ reticulatâ; necnon de origine, (de) naturâ et (de) usû adipis.*

75. HUMANUM corpus constat ex solidis et fluidis partibus, mutuâ actione, quarum (partium) functiones vivi hominis (quatenus illæ functiones) sunt corporeæ) peraguntur. Utræque mutantur et renovantur assidue; verò solidæ lentius. Igitur incipiendum est (nobis) ab his; quippe quæ dent formam et firmitatem universo corpori.

76. Vocamus solidam materiam, ex quâ corpora animalium constant, animale solidum, (pro) causâ brevitatis. Autem hoc habet varias dotes, chemicas, mechanicas, (et) vitales; nulla

CHAP. II.—*On the solid substance of which animal bodies are formed, its various properties, both chemical and mechanical: on the conjectures respecting its ultimate and minute structure: on the cellular substance; and on the origin, nature, and use of the fat.*

75. The human body consists of solid and fluid parts, by the mutual action of which the functions of living man (as far as they are corporeal) are performed. They are both constantly changed and renewed; but the solid ones more slowly. Therefore we must begin with the latter; as being those which give form and strength to the whole body.

76. We call the solid material of which animal bodies consist, the animal solid, for the sake of brevity. But this has different properties, chemical,

quarum non meretur attentionem medici.

77. *Exquisita chemia hujus ævi detexit diversas substantias, sive principia ut dicuntur, in variis solidis partibus humani corporis; que docuit (nos) exhibere eas substantias separatim. Imprimis (chemia) ostendit (esse) in ossibus præcipuè plurimam terram, nimirum calcem, non quidè puram, sed conjunctam cum quibusdam acidis, præsertim (acido) phosphorico. Hic phosphas calcis, cum pauxillo carbonatis calcis, dat firmitatem ossibus: et cum cartilagine, et multâ gelatinâ, et oleo crasso fere efficit ossa tota. Quoque plurima gelatina, et parum terræ pro rata parte, inest telæ cellulossæ, et cuti, que aliis membranis quæ fiunt ex eâ telâ, et (inest) demum musculis. Verò alia animalis substantia reperitur in his; scilicet plurima fibrina. Albumen quoque planè neque parcè detectum est, in quibusdam solidis*

les; quarum nulla non medici attentionem meretur.

77. *Exquisita hujus ævi chemia diversas substantias, sive principia ut dicuntur, in variis solidis partibus humani corporis detexit; easque substantias seorsim exhibere docuit. Ostendit imprimis, in ossibus præcipue, plurimam terram; calcem nimirum, non quidem puram, sed cum acidis quibusdam, phosphorico præsertim, conjunctam. Hic phosphas calcis, cum pauxillo carbonatis calcis, firmitatem dat ossibus; et cum cartilagine, et multa gelatina, et oleo crasso, ossa fere tota efficit. Plurima quoque gelatina, et pro rata parte parum terræ, inest telæ cellulossæ, et cuti, aliisque membranis quæ ex ea tela fiunt, et demum musculis. In his vero alia reperitur substantia animalis; plurima scilicet fibrina. Albumen quoque in quibusdam partibus solidis cor-*

mechanical, and vital; neither of which is undeserving the attention of the medical man.

77. The refined chemistry of the present age has discovered different substances, or principles, as they are called, in the various solid parts of the human body; and has taught us how to show these substances in a separate state. In the first place, (chemistry) has shown that there is much earthy matter, particularly in bones; namely, lime, not in a pure state, but combined with certain acids, especially the phosphoric. This phosphate of lime, with a little carbonate of lime, gives strength to the bones, and together with cartilage, and much gelatine, and thick oily matter, forms the bones nearly entirely. Much gelatine and little earthy matter, compared with the part mentioned, is present in the cellular substance, in the skin, and in the other membranes which are formed by that network; and, lastly, in muscles. But another animal substance is found in them; namely, fibrine, in considerable quantity. Albumen, likewise, has been discovered

poris humani plane neque parce detectum est; maxime in cartilaginibus, et tendinibus, et ligamentis. Præter hæc multum oleum crassum in omnibus fere solidis animalibus reperitur; et sales quidam tam acidi quam alcalini; et interdum, ut videtur, sed multo parcius, aliæ quædam minoris momenti substantiæ. Sed de his nondum satis constitit; quæ scilicet neque semper reperiuntur, nec unquam tanta copia adsunt ut facile explorentur.

78. Ulterius arte chemica exploratæ partes solidæ humani corporis, vel putredine, quam sponte subeunt modico calore, cum humore, et admisso aëre; vel magno calore, qualis priores elementorum compositiones destruat, novas ipsorum efficiat, facile in pauca elementa resolvuntur; duriores in calcem et phosphorum; molliores

partibus humani corporis, maximè et cartilaginibus, et tendinibus, et ligamentis. Præter hæc multum crassum oleum reperitur ferè in omnibus solidis partibus: et quidam sales tam acidi quam alcalini: et interdum ut videtur sed multo parcius, quædam aliæ substantiæ minoris momenti (reperiuntur). Sed nondum satis constitit de his; scilicet quæ* neque semper reperiuntur, nec unquam adsunt tantâ copiâ, ut explorentur facillè.*

73. Solidæ partes humani corporis exploratæ ulterius chemicâ arte facillè resolvuntur in pauca elementa, vel putredine, quam (illæ partes) subeunt sponte modico calore, cum humore, et aere admisso vel magno calore, qualis (calor) destruat priores compositiones elementorum, vel efficiat novas (compositiones) eorum: duriores (partes resolvuntur) in calcem et phosphorum;

evidently, and not sparingly, in some solid parts of the human body; particularly in the cartilages, tendons, and ligaments. Besides these, much thick oil is found in nearly all the solid parts, as well as certain acid and alkaline salts; and some other substances of less import, are sometimes (discovered), as it appears, though in much less quantity. But concerning the latter, it is not yet quite agreed upon: for they are not always found, and are never present in such quantity that they can easily be analyzed.

78. The solid parts of the human body, examined further by the aid of chemistry, are easily resolved into a few elements, either by the putrefaction which they undergo spontaneously, by means of moderate heat, moisture, and the access of air, or by (exposure to) an intense heat, such as destroys the primary composition of those elements, or gives rise to new ones: the

* *Constat itit*, &c. is here used impersonally, and means to be agreed upon; as *constat de hac re inter omnes*, all men agree upon this matter, or it is agreed upon by all men, concerning this matter.

verò molliores in carbonem, nitrogenium (vel azotium) hydrogenium, et oxygenium, quæ igitur creduntur esse simplicissima elementa solidi animalis; siquid dicatur rectè simplex in severiore chemiâ. Verò hæc elementa separata et conjuncta aliter atque aliter, vel igne vel putredine interim efficiunt novas substantias, quales sunt ammonia, acidum carbonicum, oleum empyreumaticum, et multi fœtidi vapores, quæ nequeunt detegi in recente et integro animali solido, autem facile et ferè semper observantur, dum hoc (solidum) resolvitur in sua elementa.

79. *Mechanicæ dotes, quibus animale solidum aptatur ad usus vitæ, sunt tres; scilicet adhæsiō satis magna, quædam flexilis mollities, et insignis vis resiliendi.—Pleraque munera vitæ consistunt in variis motibus: validissimi motus requiruntur ad multa eorum (munerum). Igitur opus est tantâ adhæsione partium, ut hi perficiantur sine peri-*

vero in carbonem, nitrogenium (vel azotium), hydrogenium, et oxygenium: quæ igitur creduntur esse solidi animalis simplicissima elementa; siquid in severiore chemia recte simplex dicatur. Hæc vero elementa, vel igne, vel putredine, aliter atque aliter separata et conjuncta, novas interim efficiunt substantias, quales sunt ammonia, acidum carbonicum, oleum empyreumaticum, et multi vapores fœtidi, quæ in recente et integro solido animali detegi nequeunt, facile autem et fere semper observantur dum hoc in sua elementa resolvitur.

79. Dotes mechanicæ, quibus solidum animale ad vitæ usus aptatur, sunt tres; adhæsiō scilicet satis magna, mollities quædam flexilis, et insignis vis resiliendi.—Munera vitæ in variis motibus pleraque consistunt: ad multa eorum validissimi motus requiruntur. Tanta igitur adhæsione partium opus est, ut hi sine lacerationis

harder (parts) are resolved into lime and phosphorus, but the softer ones into carbon, nitrogen, (or azote) hydrogen, and oxygen, which are therefore considered to be the most simple elements of animal substance; if any thing in more strict chemistry may be properly called simple. These elements, separated and combined in various ways, either by the aid of heat or putrefaction, in the meantime form new substances; such as ammonia, carbonic acid, empyreumatic oil, and many fœtid vapors, which cannot be detected in the recent and sound animal solid, but are readily and nearly always observed, when this (substance) is resolved into its elements.

79. The mechanical properties, by which the animal solid is adapted to for the purposes of life, are three; namely, sufficient adhesion, some flexible softness, and considerable elasticity. Many vital functions consist in various motions; and the most powerful motions are necessary for many of them. Therefore, there is need of such a degree of cohesion of parts, that these

periculo perficiantur: oportet quoque, ob eandem causam, partes solidæ, aliæ magis, aliæ minus, se flecti sinant: denique, necesse est, ut partes ita flexæ, vel loco dimotæ, figuram et situm pristinum sua sponte recuperent, quam primum vis dimovens sublata fuerit.

80. Variant multum hæ dotes, non modo variis partibus, sed et iisdem partibus in variis hominibus, et sæpe in eodem homine diversis temporibus. Hujusmodi varietates, quamvis satis insignes, valetudinem sæpe parum afficiunt. Nonnunquam vero, sanitatis limites transeuntes, manifestos et sane haud leves morbos faciunt.

81. Duplice modo variari aut vitiari potest, quod ad dotes mechanicas, omnis pars solida; scilicet, aut nimia aut nimis parva adhæsione, aut mollitie, aut vi resiliendi. Aucta adhæsione seu firmitate partis cujusvis solidæ, augetur plerumque ejus resiliendi vis;

culo lacerationis; quoque oportet (ut), ob eandem causam, solidæ partes, aliæ magis aliæ minus, sinant se flecti: denique necesse est, ut partes ita flexæ, vel dimotæ loco, recuperent suū sponte pristinum figuram et situm, quam primum dimovens vis sublata fuerit.

80. *Hæ dotes variant multum non modo in variis partibus, sed et in iisdem partibus in variis hominibus, et sæpe diversis temporibus in eodem homine. Varietates hujusmodi, quamvis satis insignes sæpe parum afficiunt valetudinem. Verò nonnunquam, transeuntes limites sanitatis, faciunt manifestos morbos, et sanè haud leves.*

81. *Omnis solida pars potest variari, aut vitiari duplice modo (in eo) quod (attinet) ad dotes mechanicas; scilicet aut nimiam aut nimis parvam adhæsione aut mollitie, aut vi resiliendi. Adhæsione seu firmitate cujusvis partis solidæ aucta, plerumque vis resiliendi ejus,*

motions) may be executed without danger of laceration; it is likewise necessary, for the same reason, that the solid parts, some more, some less, should allow of flexion; lastly, it is necessary, that the parts so bent, or removed from their situation, should recover spontaneously their primary shape and position, as soon as the displacing power has been taken away.

80. These properties vary considerably, not only in the different parts, but also in the same parts in different persons, and frequently at different times in the same individual. Varieties of this description, although very remarkable, frequently have little effect upon the health. Still, sometimes, overpassing the limits of health, they produce evident and not slight diseases.

81. Every solid part may vary, or be disordered in a twofold manner, in what relates to its mechanical properties; namely, either by excessive or too slight adhesion, softness, or elasticity. The adhesion or firmness of any part being increased, generally its elasticity is increased also; but the softness

augetur; autem mollities necessario minuitur. Verò adhæsione imminutâ, major mollities fit, et vicissim minor vis resiliendi (fit).

82. *Causæ horum effectuum sunt certè multiplices; tamen possunt reduci ad certa capita. Aut ipsa chemica compositio materiæ vitiatur, aut compositione omnino salvâ, particulæ ita disponuntur, ut attrahant semet invicem plus minusve fortiter. Quod attinet ad chemicam compositionem ejus, fortasse omnia elementa (77, 78) possunt inesse animali solido, variâ quantitate (et) efficere quodque suum peculiare vitium. Sed novimus nihil certi de multis horum; vero satis constat, humidam materiam, quæ est ferè aqua, et siccam (materiam), quæ constat ex diversis elementis, variare multum; quo plus sit humidæ (materiæ), eò minus (erit) adhæsionis aut vis resiliendi, vero erit plus mollitiei; et contra omnino, si fuerit nimium siccæ materiæ in compositione.*

mollities autem necessario minuitur. Imminuta vero adhæsione, mollities major fit et vicissim vis resiliendi minor.

82. Causæ horum effectuum certe multiplices sunt: tamen ad certa capita reduci possunt. Aut ipsa materiæ compositio chemica vitiatur, aut, salva omnino compositione, particulæ ita disponuntur, ut plus minusve fortiter semet invicem attrahant. Quod compositionem ejus chemicam attinet, omnia fortasse elementa (77, 78), varia quantitate, solido animali inesse possunt, et suum quodque peculiare vitium efficere. Sed de multis horum nihil certi novimus: satis vero constat, materiam humidam, quæ fere aqua est, et siccam, quæ ex diversis elementis constat, multum variare: quo plus humidæ, eo minus adhæsionis aut vis resiliendi, plus vero mollitiei; et contra omnino, si nimium siccæ materiæ in compositione fuerit.

is necessarily diminished. But the cohesion being diminished, there is more softness, and in exchange less elasticity.

82. The causes of these effects are indeed manifold, but admit of being reduced to certain heads. Either the chemical composition of the substance is disordered, or with this composition entirely in a sound state, the particles are so arranged, that they mutually attract each other more or less forcibly. As to its chemical composition, perhaps, all the elements may be present in the animal solid, in different quantities, and produce each of them its peculiar disorder. Of many of these things we have known nothing certain; but there is ample evidence, that the moist substance which is almost water, and that the dry substance which consists of the different elements, vary amazingly; the more moisture there is, the less cohesion or elasticity there will be, but more softness; and altogether the reverse, if there be too much dry matter in the composition.

83. Variæ sunt causæ remotæ (37 et seq.) alterutrius materiæ vel abundantis vel deficientis. Ipsa imprimis constitutio corporis congenita multum huc confert. Quidam, præ cæteris, homines et viri præ fœminis in universum, duriorum et sicciorum corporis compaginem habent, vix, ac ne vix quidem, ullo vitæ genere penitus mutantam.

84. Ætas vero majus adhuc discrimen facit; a prima enim ad ultimam usque siccior et durior evadit quotidie corpus: a fluido, nempe, et crudo fœtu, ad rigidum et exsuccum senem, cui vita, propter hanc ipsam causam, fere deficit.

85. Victus porro, quo homines utuntur, prout plus minusve aquosus fuerit, similem solidarum partium conditionem efficit. Hoc, in aliis animalibus dudum observatum, in homine quoque, aliquatenus saltem accidere videtur. Neque ratio gravissima deest cur cre-

83. *Variæ causæ remotæ sunt (37 et seq.) vel alterutrius materiæ abundantis vel deficientis. Imprimis ipsa congenita constitutio corporis multum huc confert. Quidam homines præ cæteris, et viri præ fœminis in universum habent duriorum et sicciorum compaginem corporis, vix, ac ne quidem vix, penitus mutantam ullo genere vitæ.*

84. *Verò ætas facit adhuc majus discrimen: enim corpus evadit quotidie siccior et durior a primâ usque ad ultimam (ætatem); nempe a fluido et crudo fœtû, ad rigidum et exsuccum senem; cui vita ferè deficit, propter hanc causam ipsam.*

85. *Porro victus, quo homines utuntur, efficit similem conditionem solidarum partium, prout (victus) fuerit plus minusve aquosus. Hoc dudum observatum in aliis animalibus, videtur accidere, quoque in homine saltem aliquatenus. Neque ratio gravissima deest cur*

83. There are various remote causes of either substance being excessive or deficient. The congenital constitution of the body especially contributes much to this. Some men, compared with others, and males compared with females in general, possess a harder and drier frame of body, scarcely, and not indeed scarcely to be entirely altered by any mode of life.

84. Age makes a still greater difference, for the body becomes daily dryer and harder, from first to last; namely, from the fluid and ill-formed fœtus, to the rigid and sapless old man, to whom life commonly fails on account of this very cause.

85. Moreover, the food which men use, produces a similar condition of the solid parts, according as it has been more or less watery. This (circumstance), already observed in other animals, likewise appears to occur in man, at least to a certain extent. Nor is there wanting a very cogent reason why we

credamus, non modo conditionem et vires corporis, sed et indolem animi pendere quodammodo a genere victus.

86. *Quoque multum pendet a bonâ vel pravâ concoctione cibi, et ab appositione nutrimenti parati ex eo.*

87. *Denique status aeris scilicet (in eo) quod (attinet) ad humorem vel siccitatem, afficit corpus haud parum. Hinc monticolæ vel (illi) qui habitant siccas regiones (sunt) multum diversi ab incolis humidarum et paludosarum (regionum).*

88. *Postremò genus vitæ nonnihil confert, ad eundem effectum. Exercitatio corporis, exprimit et exhalat, quod humoris fuisset nimium. Ignavia habet prorsus contrarium effectum, que facit partes humidiores abundare.*

89. *Verum, compositione chemicâ harum partium omnino salvâ, conditio harum potest affici multum ab aliis causis. Nimirum densatio*

damus, non corporis modo conditionem et vires, sed et animi indolem, a victus genere quodammodo pendere.

86. Multum quoque pendet a a bona vel prava ejusdem cibi concoctione, et ab appositione nutrimenti ex eo parati.

87. Denique, status aëris, scilicet, quod ad humorem vel siccitatem, corpus haud parum afficit. Hinc monticolæ, vel qui siccas regiones habitant, ab incolis humidarum et paludosarum multum diversi.

88. Postremo, vitæ genus ad eundem effectum non-nihil confert. Exercitatio corporis, quod nimium humoris fuisset, exprimit atque exhalat. Ignavia contrarium prorsus effectum habet, partesque humidiores abundare facit.

89. Verum, salva omnino compositione chemica solidarum partium, harum conditio ab aliis causis multum affici potest. Densatio

should consider, that not only the condition and strength of the body, but also the disposition of the mind, depend in some degree on the kind of food.

86. Much also depends upon the good or bad digestion of the food, and upon the disposal of the nutriment obtained from it.

87. Lastly, the state of the air, in reference to moisture, or dryness, affects the body considerably. Hence mountaineers, or those who inhabit dry districts, are very different from the inhabitants of damp and marshy (countries).

88. Lastly, mode of life contributes somewhat to the same effect. Exercise of the body presses out and exhales what fluid is in excess; indolence has a contrary influence, and causes the more moist parts to be abundant.

89. But, the chemical composition of the solid parts being quite entire, the condition of them may be much affected by other causes; for instance,

nimirum particularum, sive a causis mechanicis, sive a calore et frigore, variam efficit partis cujuslibet firmitatem et vim resiliendi.

90. Quantum hic valeat compressio mechanica, clar Clifton Wintringham experimenta luculenter docent. Distentio quoque solidi animalis dotes ejus jam memoratas haud parum afficit. Quo plus tenditur, eo durius, et firmitus, et magis resiliens evadit, eoque difficilior ulteriolem patitur distentionem, donec tandem, amplius distendi impatiens, nova admota vi, distrahitur et dirumpitur, superata nimirum particularum adhæsione, qua hæc debilior fuerit. Hinc ratio, non plene quidem (nam multum pendet a principio vitali, primaque corporis fabrica) sed aliquatenus saltem, deducenda est multarum rerum quæ summi momenti sunt; corporis incrementi, status, imminutionis firmitatis indies crescentis, et mortis senilis inevitabilis.

particularum, sive a causis mechanicis, sive a calore et frigore, efficit variam firmitatem et vim resiliendi cujuslibet partis.

90. Quantum, compressio mechanica hic valeat, experimenta clarissimi Clifton Wintringham luculenter docent. Quoque distentio animalis solidi afficit haud parum dotes ejus jam memoratas. Quod plus (animale solidum) tenditur, eo evadit durius, et firmitus, et magis resiliens, que eo difficilior patitur ulteriolem distentionem donec tandem, impatiens distendi amplius, novâ vi admotâ, distrahitur et dirumpitur, nimirum adhæsione particularium superatâ, quâ hæc fuerit debilior. Hinc ratio non plene quidem (nam multum pendet a vitali principio, que fabricâ primâ corporis) sed aliquatenus saltem est deducenda multarum rerum quæ sunt summi momenti; (scilicet ratio) incrementi corporis, status, imminutionis, firmitatis crescentis indies, et inevitabilis mortis senilis.

thickening of the particles, either from mechanical causes, or from heat and cold, will produce a different degree of firmness and elasticity of any part.

90. How far mechanical pressure avails here, the experiments of the illustrious Clifton Wintringham lucidly demonstrate: distention, likewise, of the animal solid, affects in no slight degree its properties already mentioned. The more (the animal solid) is stretched, the harder and firmer, and more elastic it becomes; and with so much more difficulty does it admit of further distention, until at length, not bearing increased distention, a fresh force being applied, it is torn and ruptured; that is to say, the cohesion of the particles is overcome in the part in which it was weaker. Hence a reason, not evident, indeed, (for much depends upon the vital principle, and the primary fabric of the body,) but to some extent at least is to be deduced, of many things which are of the greatest importance; (namely, the reason) of the increase of the body, of the stature, and decay, of the daily increasing strength, and of the inevitable death of old age.

91. *Fortasse varia densitas solidarum partium derivatur ab naturâ ipsâ. Sed magis constat de viribus exercitationis, aut ignaviæ, in mutando statu earundem; effectus generales quarum (virium) tam boni quam mali, in solidis partibus, igitur faciliè intelligentur.*

92. *Porro, quælibet pars mobilis naturâ (suâ), veluti junctura artûs, paulatim rigescit, diuturnâ quiete, recuperatura tardè pristinam mobilitatem fortasse nunquam penitus: et contra, fere omnes partes corporis sæpe adipiscuntur miram mobilitatem valido et crebro usu, modo hic (usus) non fuerit nimius. Neque profectò melius aut certius remedium datur, ad superandam illam rigiditatem artuum, quæ solet induci longâ quiete, quam frequens exercitatio, quæ primò difficillima, et diù exigua, fere evadit indies facilior, liberior et perfectior.*

91. *Varia fortasse solidarum partium densitas ab ipso natura derivatur. Sed magis constat de viribus exercitationis, aut ignaviæ, in statu earundem mutando. Quarum igitur effectus generales, tam boni quam mali, in partibus solidis, facile intelligentur.*

92. *Porro, diuturna quiete, pars quælibet natura mobilis, veluti junctura artus, paulatim rigescit, pristinam mobilitatem tarde, fortasse nunquam penitus, recuperatura: et contra, valido et crebro usu, modo hic non nimius fuerit, omnes fere corporis partes miram sæpe adipiscuntur mobilitatem. Neque profecto melius datur aut certius remedium ad superandam illam rigiditatem artuum quæ longa quiete induci solet, quam frequens exercitatio, quæ primo difficillima, et diu exigua, fere indies facilior, liberior, et perfectior evadit.*

91. The varied density of the solid parts is possibly derived from nature itself. But there is greater evidence of the influence of exercise, or indolence in changing their condition; the general effects of which, both good as well as bad, upon the solid parts, will be therefore easily understood.

92. Moreover, any part naturally enjoying motion, as the joint of a limb, gradually becomes rigid by long continued rest, about to recover its former mobility slowly, and perhaps never completely: on the other hand, nearly all parts of the body often acquire a surprising mobility, by active and frequent use, provided it be not in excess. Nor, indeed, is there a better or more sure remedy given to overcome the rigidity of the joints which is apt to be brought on by long rest, than frequent exercise; which (is) at first very difficult, and for some time limited (but) commonly becomes daily more practicable, more free, and more perfect.

93. Calor corpora omnia laxat atque expandit: frigus vero densat et durat. Utrumque effectum homines probè experiri solent. Quamvis corpus suum ferè semper calorem conservet, fieri nequit quin ejus superficies saltem ab aère ambiente externo afficiatur. Neque exigua vis est, quâ calor hoc modo in universo corpore polleat. Quam longè aliter se habet, qui, fervido Austro spirante, hebes et languidus factus, membra sua ægrè trahit, ac ille, qui, sub frigido Aquilone, cursu glaciali se exercet, universum corpus firmus, mobilis, expeditus.

94. Variæ causæ, quæ singulæ tot modis dotes solidi animalis afficere solent, conjunctæ majores adhuc effectus præstant: docent experimenta a Bryan Robinson instituta; docent effectus balnei calidi; docet quotidiana experientia.

93. *Calor laxat, atque expandit omnia corpora: vero frigus densat, et durat (omnia corpora). Homines probè solent experiri utrumque effectum. Quamvis corpus conservet ferè semper suum calorem, nequit fieri quin superficies ejus saltem afficiatur ab aère externo ambiente. Neque est vis exigua, quâ calor polleat hoc modo, in universo corpore. Quam longè aliter (ille) habet se, qui factus hebes et languidus (sub) fervido Austro spirante trahit sua membra ægrè, ac ille, qui, sub frigido Aquilone, exercet se cursu glaciali, firmus (secundum) totum corpus, mobilis, (et) expeditus.*

94. *Variæ causæ, quæ (quum) singulæ solent afficere dotes animalis solidi tot modis; (cum) conjunctæ præstant effectus adhuc majores: experimenta instituta à Bryan Robinson docent (id); effectus balnei calidi docent; quotidiana experientia docet.*

93. Heat relaxes and expands all bodies; but cold thickens and hardens them. Men, indeed, are accustomed to experience both effects. Although the body may nearly always preserve its temperature, it cannot be but that its surface at least should be affected by the external ambient air. Nor is that influence slight by which heat prevails in this way in the whole system. How far differently he feels, who, under the hot southern wind blowing, rendered dull and languid, scarcely drags his limbs along, and he who, under the cold northern winds, exercises himself on the icy tracks, strong, active, and nimble in his entire frame.

94. Various causes which, when separate, affect the properties of the animal substance in so many ways, when combined, produce still greater effects. The experiments made by Bryan Robinson show it: the effects of the warm bath prove it,—daily experience teaches it.

95. *Variæ partes corporis, aptæ variis muneribus, fiunt ex hâc materiâ. Nondum constat certâ fide, quænam sit ultima et minutissima fabrica animalis solidi: Sive (illud) constet ex fibris, scilicet longis filis, parum latis, textis variè inter se, ut Boerhaavius docet; sive (constet) ex serpentinis fibris, convolutis in mirum modum, ut quædam observationes nuper factæ suadent; sive tela cellulosa fiat ex fibris que laminis, et maxima pars omnium partium corporis fiat ex hâc, ut celeberrimus Hallerus conatus est ostendere.*

96. *Erit alibi locus dicendi de fibris que dotibus earum (109 et seq.) Tela cellulosa observatur ubique in corpore; circundat et nectit fibras ipsas, quæ apparent satis manifestè in multis partibus, et leviter conjungit varias partes quæ debent habere aliquem motum in vicinas (partes). Eadem probè densata facit membranas firmissimas, et quæ videntur (esse) tenuissimæ; quarum (illæ) quæ*

95. Ex hac materia variæ corporis partes, variis muniis aptæ, fiunt. Nondum certa fide constat, quænam sit solidi animalis ultima et minutissima fabrica: Sive ex fibris, filis scilicet longis, parum latis, varie inter se textis, constet, ut docet Boerhaavius; sive ex fibris serpentinis, mirum in modum convolutis, ut quædam observationes nuper factæ suadent; sive ex fibris laminisque tela cellulosa fiat, et ex hac maxima pars omnium partium corporis, ut celeb. Hallerus ostendere conatus est.

96. De fibris earumque dotibus, alibi locus erit dicendi (109 et seq.) Tela cellulosa ubique in corpore observatur; fibras ipsas, quæ in multis partibus satis manifeste apparent, circundat et nectit, et varias partes, quæ motum aliquem in vicinas habere debent, leviter conjungit. Eadem probè densata, firmissimas, et quæ videntur tenuissimæ, membranas

95. Various parts of the body, adapted to the different functions, are formed by this substance. There is nothing known for certain, what is the ultimate and most minute structure of the animal solid; whether it consists of fibres, that is, long threads of little breadth, variously interwoven together, as Boerhaave teaches; or of serpentine fibres admirably convoluted, as observations lately made seem to inculcate; or whether the cellular substance is composed of fibres and laminæ (or plates), and the chief portion of all the parts of the body is formed by it; as the very celebrated Haller endeavoured to demonstrate.

96. There will be elsewhere a place for treating of fibres and their properties. Cellular tissue is observed in all parts of the body; it surrounds and connects the fibres themselves, which appear very evident in different parts, and loosely unites various parts, which ought to exert some motion on those adjacent. The same substance being condensed forms the firmest mem-

facit: Quarum quæ simplicissimæ apparent, accuratiùs exploratæ, hanc structuram ostendunt.

97. Crescit sæpe mirum in modum, tela cellulosa, partesque ex ea factæ, membranæ, vasa, &c. imprimis lenta distensione; subita autem distentio eam vel rumpit, vel tenuiorem facit. Crescit quoque nonnunquam inter partes vicinas, easque jungit quas Natura liberas fecerat. Hujusmodi concretiones præter naturam sæpe observantur, post inflammationem pulmonis vel viscerum abdominis: —Et novæ istæ membranæ vere cellulosæ sunt.

98. Concrescit etiam sua sponte, si secta vel alio modo separata fuerit. Quod si ingente inflammatione, et suppuratione facta, magna pars telæ cellulosæ destructa fuerit, tunc non renovatur, et fœda cicatrix relinquitur.

99. Quin et pars, ut fertur, vel ejusdem, vel alieni corporis, alii

apparent simplicissimæ, exploratæ accuratiùs ostendunt hanc structuram.

97. *Tela cellulosa sæpè crescit in mirum modum, que partes factæ ex eâ (scilicet) membranæ, vasa, &c. imprimis lentâ distensione; autem subita distentio vel rumpit eam, vel facit (eam) tenuiorem. Quoque nonnunquam crescit inter partes vicinas, que jungit eas quas Natura fecerat liberas. Concretiones hujusmodi præter naturam sæpe observantur, post inflammationem pulmonis vel viscerum abdominis: Et istæ novæ membranæ sunt verè cellulosæ.*

98. *Etiam (tela cellulosa) concrescit suâ sponte, si fuerit secta vel separata alio modo. Quod si magna pars cellulosæ telæ fuerit destructa ingente inflammatione, et suppuratione factâ, tunc non renovatur, et fœda cicatrix relinquitur.*

99. *Quin et pars vel ejusdem vel alieni corporis*

branes, and those which appear (to be) the thinnest; of which those that appear most simple, when examined more accurately, show this structure.

97. The cellular tissue and parts composed of it, such (as) membranes, vessels, &c. frequently increases to a wonderful extent, principally by slow distention; but sudden distention ruptures it, or renders it thinner. Also it increases sometimes between neighbouring parts, and unites those which nature had made free. Unnatural concretions of this description are often observed, after the inflammation of the lungs or abdominal viscera. And these new membranes are truly cellular.

98. It likewise grows together spontaneously, if it is cut or separated in any other manner; but if a considerable portion of the cellular tissue has been destroyed by high inflammation and by suppuration being produced, then it is not renewed, but an ugly cicatrix is left.

99. Moreover, even a part of the same, or another body, as it is related,

(ut fertur), interdum potest jungi alii concretione hujusmodi. Ars Taliacotii nitebatur hoc, si ullo fundamento: et alia nupera multum jactata (scilicet ars) transponendi dentes.

100. Aliis partibus tela cellulosa est reticulata, aliis (est) referta adipe. Scilicet, ubicunque magna moles aut compressio, fuissent periculo aut incommodo, veluti in capite, pulmone, oculis, palpebris, pene, scroto, ibi colligit nullum adipem, sed est laxa et purè reticulata. At plurimus adeps, secernitur et colligitur inter musculos corporis et artuum, [sub cute et in abdomine, imprimis in omento et circa renes.

101. Adeps est purum animale oleum parum diversus* ab crassis et mitibus oleis herbarum; (est) fluidus in vitâ; sed crassior aut tenuior variis partibus. (Adeps) secernitur a sanguine, resorbetur, fa-

interdum jungi potest hujusmodi concretione. Hoc, si ullo fundamento, nitebatur ars Taliacotii; et alia nupera multum jactata, dentes transponendi.

100. Tela cellulosa est aliis partibus reticulata, aliis adipe referta. Scilicet, ubicunque magna moles, aut compressio, periculo aut incommodo fuissent, veluti in capite, pulmone, oculis, palpebris, pene, scroto, ibi nullum adipem colligit, sed laxa et pure reticulata est. At, inter musculos corporis et artuum, sub cute et in abdomine, imprimis in omento et circa renes, plurimus adeps secernitur et colligitur.

101. Adeps purum oleum animale est, ab oleis herbarum crassis et mitibus parum diversus; in vita fluidus; sed variis partibus crassior aut tenuior. A sanguine secernitur, in ipsum facile, et sæpe

may sometimes be united to another, by a growing together of this description. The Taliacotian art rested on this, if on any foundation; likewise the lately much boasted (art) of transplanting teeth.

100. In some parts the cellular tissue is reticulated, in others filled with fat: that is to say, wherever a great mass or compression would have been a danger or inconvenience, as in the head, lungs, eyes, and eyelids, penis, and scrotum, there it collects no fat, but is loose and purely reticulated. But much fat is secreted and collected between the muscles of the body and limbs, under the skin, and in the abdomen, especially in the omentum and about the kidneys.

101. Fat is a pure animal oil, slightly differing from the thick and bland oils of plants: it is fluid during life; but is thicker or thinner in the different parts. It is secreted from the blood, (and) is easily and often suddenly

* *Diversus*, agreeing with *adeps*.

subito, resorbetur, quamvis rarissime sincerum oleum vel adeps in sanguine conspiciatur.

102. Verisimile est oleum per digestionem, partim in ventriculo et intestinis, partim in pulmone, in fibrinam, gelatinam, et albumen converti; et hæc iterum per secretionem in oleum revertere. Nulla profecto adipis organa secernentia ostenduntur. Oportet tamen istiusmodi sint, et fabrica quoque specialis telæ cellulosæ earum partium, quæ debent habere adipem, ut oleum jam secretum contineant neque ad alias transire sinant. Nam in partes pure reticulatas viam sibi nunquam aperit, quamvis per telam cellulosam facilis via sit aëri aut aquæ per totum corpus a capite ad calcem.

103. In tenero fœtu nihil adipis, in maturo parum reperitur. Infantes vero, modo bene aliti sint, fere solent pinguescere, donec

cilè, et sæpe subitò in ipsum, quamvis rarissimè oleum sincerum vel adeps conspiciatur in sanguine.

102. Verisimile est oleum converti per digestionem in fibrinam, gelatinam, et albumen, partim in ventriculo et intestinis, partim in pulmone; et (verisimile est) hæc iterum revertere per secretionem in oleum. Profectò nulla organa secernentia adipis ostenduntur. Oportet tamen (ut) sint (organæ) istiusmodi, et (ut sit) quoque fabrica specialis cellulosæ telæ earum partium, quæ debent habere adipem, ut contineant oleum jam secretum, neque sinant (illud) transire ad alias (partes). Nam nunquam aperit sibi viam in partes purè reticulatas, quamvis sit facilis via per telam cellulosam aëri aut aquæ per totum corpus a capite ad calcem.

103. Nihil adipis reperitur in tenero fœtu parum (adipis reperitur) in maturo fœtu. Verò infantes modò sint bene aliti, ferè solent pinguescere, donec

reabsorbed into it; although pure oil or fat can be very rarely seen in the blood.

102. It is probable that oil is converted by means of digestion into fibrine, gelatine, and albumen, partly in the stomach and intestines, partly in the lungs, and that these again revert by secretion into oil. In truth, no secerning organs of fat are shown, still there must be such, as well as a particular structure of the cellular tissue of those parts, which ought to contain fat, that they may retain the oil when secreted, nor allow it to pass to other parts; for it never opens a passage for itself into parts purely reticulated, although there is a free channel through the cellular tissue for air or water over the whole body, from the head to the heel.

103. No fat is found in the young fœtus, and little (when it is) mature.

incipiant ambulare et exercere semet propriis viribus, tum fiunt graciles, et manent sic usque ad virilem ætatem, quâ (ætate) solent uti minus crebrâ et validâ exercitatione. Tum fiunt quadrati et sæpè obesissimi: denuò paulatim marcescunt matura senectute. Verò Puellæ pinguescunt quodammodo circa ætatem puberem; unde (est) forma nitida, teres, adeo amabilis, et apta premi; et ferè omni ætate, fœminæ pinguescunt plus quam viri. Quoque viri laxi et flaccidi (secundum) habitum corporis, fiunt obesiores firmioribus.

104. *Adeps colligitur usû multioleosi, nutrientis, cibi, præsertim (cibi confecti) ex carnibus (modo sit bona concoctio) et validi potûs, imprimis cerevisiæ, et quiete et tranquillitate animi et corporis, multo somno et torpore, castratione, frigore, repetitâ detractio sanguinis, que multis aliis exinanitionibus; scilicet salva sanitate, quicquid minuit*

ambulare et propriis viribus semet exercere incipiant; tum graciles fiunt, et sic manent ad virilem usque ætatem, qua minus crebra et valida uti solent exercitatione. Tum quadrati fiunt et sæpe obesissimi: matura senectute, paulatim denuo marcescunt. Puellæ vero quodammodo pinguescunt circa ætatem puberem; unde forma nitida, teres, amabilis adeo, et apta premi: et fere omni ætate, fœminæ plus quam viri pinguescunt. Viri quoque habitum corporis laxi et flaccidi firmioribus obesiores fiunt.

104. Colligitur adeps usu multi cibi, oleosi, nutrientis, ex carnibus præsertim (modo concoctio bona sit) et potus validi, cerevisiæ imprimis, et animi et corporis quiete et tranquillitate, multo somno et torpore, castratione, frigore, sanguinis detractioe repetita, multisque aliis exinanitionibus; quicquid scilicet, salva sanitate, vires

But infants, provided that they are well nourished, usually become fat, until they begin to walk and exercise themselves by their own powers; they then become thin, and remain so till manhood, when they are accustomed to take less frequent and active exercise: at that period they become square and often very corpulent; they gradually become again emaciated in mature old age. Girls in some degree become fat about puberty, whence their smooth, rounded, lovely form, and suited for embraces; and almost at every age, females become more corpulent than men. Men also lax and flaccid as to their habit of body become more corpulent than those of firmer fibre.

104. Fat is accumulated by the use of much oily, nutritious food, particularly animal food (provided the digestion be good), also strong drink, especially beer, by rest and tranquillity of the mind and body, by much sleep and torpor, castration, cold, repeated bloodletting, and most other evacu-

vitales et animales, et imprimis solitas excretiones, eminuit, huic favet. Multum vero pendet ab ipsius corporis habitu, neque homo, ut bos ad libitum saginari potest.

105. Certa, secundum ætatem hominis, obesitas, prosperæ valetudinis signum est et effectus. Nimia vero, ipsa morbus est, et aliorum morborum causa. Semper vero et certissime debellanda, si modo fuerint bona voluntas et vis animi, valida corporis exercitatione, brevi somno, parca et sicca diæta. Nec facile miles gregarius repertus fuerit, qui de tali morbo conqueratur.

106. Adeps semper partem haud exiguam corporis facit, aliquando maximam. Non est igitur dubitandum, quin suos usus habeat. Motum faciliorem et liberiolem reddit, partes movendas oblinendo, et sic frictionem minuendo. Hoc

vires vitales et animales, et imprimis solitas excretiones, favet huic. Verò multum pendet ab habitû ipsius corporis, neque homo, ut bos, potest saginari ad libitum.

105. *Certa obesitas secundum ætatem hominis est signum et effectus prosperæ valetudinis vero nimia (obesitas) est ipsa morbus, et causa aliorum morborum. Verò (obesitas) semper et certissimè debellanda est, (modo si fuerit bona voluntas et vis animi), validâ exercitatione corporis, brevi somno, parca et siccâ diætâ. Nec facile miles gregarius repertus fuerit, qui conqueratur de tali morbo.*

106. *Adeps semper facit haud exiguam partem, aliquando (facit) maximam (partem) corporis. Igitur non dubitandum est, quin habeat suos usus. (Adeps) reddit motum faciliorem et liberiolem, oblinendo partes movendas, et sic minuendo frictionem. Hoc modo, im-*

ations; for, in a sound state of health, whatever diminishes the vital and animal powers, and especially the usual excretions, is favourable to this. A great deal however depends upon the habit of body, nor can man, like an ox, be fattened at pleasure.

105. A certain degree of corpulency, in proportion to the age of man, is an indication and effect of good health. But too great a share of it is a disease in itself, and a cause of other diseases. It is always and very certainly to be overcome, (provided there be earnest intention and resolution,) by powerful exercise of the body, by little sleep, by sparing and dry diet. Nor could a common soldier easily be found who complains of such a disease.

106. Fat always forms no little part, sometimes the greatest part, of the body. Therefore it is not to be doubted that it has its uses. It renders motion more easy and free, by oiling the parts which are to be moved, and in this way diminishing friction. It thus prevents the abrasion of the solid

*pedit, ne solidæ partes abradantur, quod aliter fieret; nec sinit vicinas partes con-
crescere, quod fit aliquando, si aliqua pars telæ, quæ
continebat adipem, destructa fuerit ulcere vel alio casu.*

107. *Quin confert haud parum ad formam et pulchritudinem corporis, implendo magna interstitia inter musculos, quæ (interstitia) redderent corpus deforme et horrendum. Autem hoc, (i. e. corpus) fit nitidum, teres atque rotundum justâ pinguedine. Porro, adeps dat candidum, cereum, colorem, qui mixtus roseo, efficit venustissimum colorem oris. Hinc fit, ut puellæ male metuentes, ne nimis pinguescant, et conantes marcescere (se) medicamentis, diætâ, et genere vitæ, soleant perdere cum nitido habitû corporis, quoque venustatem oris.*

108. *Adeps resumptus ex suis cellulis in sanguinem*

modo, ne abradantur solidæ partes, quod aliter fieret, impedit; nec sinit partes vicinas concrescere, quod aliquando fit, si ulcere vel alio casu, pars aliqua telæ quæ adipem continebat destructa fuerit.

107. Quin, et ad corporis formam et pulchritudinem haud parum confert, magna interstitia inter musculos implendo, quæ corpus deforme et horrendum redderent. Justa autem pinguedine, hoc, nitidum, teres, atque rotundum fit. Porro, adeps colorem dat candidum, cereum, qui, roseo mixtus, venustissimum oris colorem efficit. Hinc fit, ut puellæ, male metuentes ne nimis pinguescant, et medicamentis, diætâ, vitæ genere, marcescere conantes, cum nitido corporis habitu, oris quoque venustatem perdere soleant.

108. Nutrire creditur adeps ex suis cellulis in sanguinem resump-

parts, which would otherwise take place, and does not allow the neighbouring parts to grow together, which sometimes occurs, if some part of the membrane which contained the fat has been destroyed by ulceration or any other accident.

107. Moreover it contributes not a little to the form and beauty of the body, by filling up the great interstices between the muscles, which would render the body deformed and unsightly. By means of a due degree of corpulency, this becomes smooth, sleek, and rounded. Moreover fat gives that fair, waxy colour, which when mixed with the rosy tint, forms the very beautiful colour of the countenance. Hence it is, that girls, foolishly fearing lest they become too corpulent, and endeavouring to reduce themselves by medicines, diet, and mode of life, are accustomed to lose, together with their comely habit of body, also the beauty of the countenance.

108. Fat, (when) reabsorbed from its cells into the blood, is thought to

tus. Sed hoc minus certum est. A frigore quodammodo defendit; animalibus regionum frigidarum magna copia datus.

creditur nutrire. Sed hoc est minus certum. Quodammodo defendit a frigore: (adeps) datus (est) magnâ copiâ animalibus regionum frigidarum.

CAP. III.—*De solido vivo, seu genere nervoso, ejusque dotibus, fabrica, et usibus; nec non de conjecturis quæ circa ejus naturam et functiones prolatae sunt.*

CAP. III.—*De vivo solido, seu (de) genere nervoso, que (de) dotibus, fabricâ et usibus ejus; nec non de conjecturis quæ prolatae sunt circa naturam et functiones ejus.*

109. SOLIDA viva, vel vitalia, dicuntur partes solidæ quæ sensum et mobilitatem habent. Hæ dotes, a vita pendentes, cum ea incipiunt et desinunt. Dotes vero partium solidarum, de quibus (75, et seq.) dictum fuit, etiam post mortem supersunt.

109. *Solidæ partes, quæ habent sensum et mobilitatem, dicuntur viva, vel vitalia solida. Hæ dotes, pendentes a vitâ, incipiunt et desinunt cum eâ. Verò dotes solidarum partium, de quibus dictum fuit (75, et sequentibus) supersunt etiam post mortem.*

110. Partes autem, quæ vel sensum, vel mobilitatem, vel utrumque habent, sunt cerebrum,

110. *Autem partes, quæ habent vel sensum vel mobilitatem vel utrumque, sunt*

nourish. But this is by no means certain. In some manner it protects from cold, (it is) supplied in great abundance to the animals of the cold regions.

CHAP. III.—*On the living, solid, or nervous system, on the properties, structure, and uses of it; also on the conjectures which have been promulgated concerning the nature and functions of it.*

109. The solid parts which enjoy sensation and motion are called living or vital solids. These properties, depending upon life, begin and terminate with it. But the properties of the solid parts, concerning which we have spoken, remain even after death.

110. But the parts which enjoy sensation or motion, or both, are the ce-

cerebrum, cerebellum, medulla oblongata, medulla spinalis, et nervi oriundi ex his, diffusi ferè per totum corpus, impensi in varia organa singulorum sensuum et (in) musculos, et demum musculi ipsi.

111. Sensus est multò magis generalis quam mobilitas, quippe qui sit communis omnibus partibus jam recensitis, quamvis fiat planè per nervos solos. Verò mobilitas est propria fibris musculosis solis. Igitur ubicunque est sensus, ibi nervi sunt; verò ubicunque mobilitas observatur, ibi fibræ musculosæ videntur esse.

112. Quin et mobilitas ipsa videtur pendere a nexû, quem musculi habent cum nervis, &c.: nam, nervo resecto vel compresso vel ligato, musculi quibus (nervus) impendebatur, brevi amittunt suam mobilitatem, seu vim propriam contrahendi; nec res habet se aliter, si cerebrum ipsum vel origo nervorum, male affecta fuerint.

cerebellum, medulla oblongata, medulla spinalis, nervi ex his oriundi, per totum fere corpus diffusi, in varia singulorum sensuum organa et musculos impensi, et demum musculi ipsi.

111. Sensus multo magis generalis est quam mobilitas, quippe qui omnibus partibus jam recensitis communis sit, quamvis plane per nervos solos fiat. Mobilitas vero solis fibris musculosis est propria. Ubicunque igitur sensus est, ibi nervi; ubicunque vero mobilitas observatur, ibi fibræ musculosæ videntur esse.

112. Quin et mobilitas ipsa a nexu, quem musculi cum nervis, &c. habent, pendere videtur: nam resecto, vel compresso, vel ligato nervo musculi quibus impendebatur, mobilitatem suam, seu vim propriam contrahendi, brevi amittunt; nec aliter res se habet, si cerebrum ipsum, vel origo nervorum, male affecta fuerint.

rebrum, cerebellum, medulla oblongata, medulla spinalis, and nerves arising from them, spread generally through the whole body, expended upon the various organs of the separate senses and muscles, and lastly the muscles themselves.

111. Sensation is much more general than motion, for it is common to all the parts above mentioned, although it takes place evidently by means of the nerves alone. Mobility is proper to the muscular fibres alone. Therefore, wherever there is sensation, there are nerves; and wherever motion is observed, there muscular fibres are seen to exist.

112. Moreover mobility itself seems to depend upon the connexion which the muscles have with the nerves, for a nerve being cut, compressed, or tied, the muscles on which it was distributed, in a short time lose their mobility or peculiar contractile power. Nor is the case different if the brain itself, or commencement of the nerves, have been disordered.

113. Sunt qui credunt musculos a nervis oriri et formari, et ex eadem materia constare. Utrique sane similem structuram habent, quatenus ex fibris valde minutis constent; utrique albi sunt, dummodo muscoli probe eloti, et a sanguine, quem multum continent, purgati fuerint: Neque ope microscopii ullo modo distingui possunt fibræ nervosæ quæ bene multæ musculos subeunt, ab ipsis fibris musculosis. Porro, idem sensus utrisque est, et stimulantia et sedantia medicamenta eosdem plane effectus in musculis edunt, sive ipsi musculo, sive nervo qui eum adeat, admota fuerint.

114. Quantis difficultatibus prematur scientia originis multarum corporis partium, alibi locus erit dicendi; sive omnes eodem tempore, sive alias post alias, certo ordine produci credamus. Interea tamen non dissimulandum est,

113. *Sunt (homines), qui credunt musculos oriri et formari nervis, et constare ex eadem materiâ. Sanè utrique habent similem structuram, quatenus constent ex fibris valdè minutis, utrique sunt albi, dummodo muscoli fuerint bene eloti, et purgati, a sanguine quem multum continent: Neque nervosæ fibræ quæ benè multæ subeunt musculos possunt ullo modo distingui ab musculosis fibris ipsis, ope microscopii. Porro est idem sensus utrisque; et stimulantia et sedantia medicamenta edunt planè eosdem effectus in musculis, sive admota fuerint musculo ipsi, sive nervo, qui adeat eum.*

114. *Erit alibi locus dicendi, quantis difficultatibus scientia originis multarum partium corporis prematur; sive credamus omnes (partes) produci eodem tempore, sive (credamus) alias (partes produci) post alias certo ordine. Interea tamen non dissimulandum est, partes*

113. There are (men) who consider that the muscles arise and are formed from the nerves, and consist of the same substance. They both certainly have a similar structure, inasmuch as they consist of very minute fibres; both are white, provided the muscles be well washed and cleansed from the blood, which they contain in considerable quantity; nor can the very numerous nervous fibres which in great number enter the muscles be in any degree distinguished from the muscular fibres themselves, by the assistance of a microscope. Moreover there is the same sensation in both, for stimulants and sedatives evidently produce the same effects in the muscles, whether they have been applied to the muscle itself, or to the nerve which enters it.

114. There will be elsewhere an opportunity of mentioning by how great difficulties the knowledge of the origin of many parts of the body is obstructed, whether we should consider them all as produced at the same time, or some after others, in certain succession. In the mean while, how-

quasdam musculosas conspici perquam maturè in fœtû, et jam adeptas esse insignem vim et robur, quum cerebrum ipsum reperitur adhuc molle et fere fluidum; que actionem earum (partium musculosarum) requiri ad functionem et augmen ejus; et musculos semper esse multo firmiores partibus vere nervosis, et habere vim propriam, nimirum irritabilem, quam (vim) nervi nunquam participant.

115. Igitur oportet, (ut) vel musculi constituti fuerint ex diversa materiâ, ab eâ, ex quâ (materiâ) nervi fiunt, vel, si utrique constant ex eâdem (materiâ), hæc (materia) sit prorsus diversæ fabricæ in his ac in illis, ut habeat vires adeo dissimiles. Quod si, igitur, substantia musculorum ac nervorum sit diversa, tum facillè patebit multam substantiam nervosam misceri semper cum musculosâ. Nam tenuissima acicula non potest adigi in musculum,

partes quasdam musculosas perquam mature in fœtu conspicui, et insignem vim et robur jam adeptas esse, quum cerebrum ipsum adhuc molle et fere fluidum reperitur; earumque actionem ad hujus functionem et augmen requiri; et musculos semper partibus vere nervosis multo firmiores esse, et vim propriam, irritabilem nimirum, habere, quam nervi nunquam participant.

115. Oportet, igitur, vel ex diversa musculi constituti fuerint materia, ab ea ex qua nervi fiunt, vel, si ex eadem utrique constant, hæc fabricæ prorsus diversæ sit in his, ac in illis, ut vires adeo dissimiles habeat. Quod si, igitur, diversa sit musculorum ac nervorum substantia, tum facile patebit multam substantiam nervosam cum muscosa semper misceri. Nam acicula tenuissima non potest in musculum adigi, quin inde si-

ever, it cannot be dissembled that certain muscular parts are observed very early in the fœtus, and have already acquired considerable power and strength, whilst the brain itself is found still soft and nearly fluid, and that the action of these (parts) is required for the functions and increase of it; and (likewise) that muscles are always much firmer than parts merely nervous, and have a peculiar property, namely, irritability, of which the nerves never partake.

115. Therefore it is necessary, that the muscles are constituted of matter different from that from which the nerves are formed, or if both consist of the same, it is of a different fabrick in the latter to what it is in the former, that it may have properties so dissimilar. But if, therefore, the substance of the muscles and nerves be different, then it will be very clear that much nervous substance is mixed up with the muscular; for the finest needle cannot

mul multi ramuli nervosi pungantur vel lacerentur; ut dolor clare testatur (111)

116. Igitur tam arctus inter musculos nervosque intercedit nexus, tum quod ad officium attinet quo funguntur, tum quod ad fabricam quam habent, ut merito omnia solida viva pro partibus ejusdem generis habeantur, cui nomen genus nervosum a medicis imponi solet.

117. Miræ quas hæ partes possident dotes medicorum et philosophorum attentionem optimo jure sibi vindicarunt: plurimique et ingeniosissimi viri (inter quos summum Neutonum numerare oportet) operam haud exiguam collocarunt in causis earundem investigandis, modoque perscrutando quo variæ ipsarum functiones fierent; variasque quæ singulis placebant de his rebus conjecturas in medium protulerunt. Nondum vero ratio ulla proposita est rem per experi-

quin inde multi ramuli nervosi simul pungantur vel lacerentur: ut dolor clare testatur (111).

116. Igitur tam arctus nexus intercedit inter musculos que nervos, tum (in eo) quod attinet ad officium quo funguntur, tum quod ad fabricam, quam habent, ut meritò omnia viva solida habeantur pro partibus ejusdem generis, cui nomen nervosum genus solet imponi a medicis.

117. Miræ dotes, quas hæ partes possident, vindicarunt sibi optimo jure attentionem medicorum et philosophorum: que plurimi et ingeniosissimi viri (inter quos oportet numerare summum Neutonum) collocarunt haud exiguam operam in investigandis causis earundem, que perscrutando (de) modo, quo variæ functiones ipsarum fierent; que protulerunt in medium varias conjecturas de his rebus quæ (conjecturæ) placebant singulis. Vero nondum ulla ratio explorandi rem per experimenta proposita

be inserted into a muscle, but that many nervous ramifications are at the same time pricked or lacerated; as pain evidently testifies (111.)

116. Therefore, so close a connexion exists between the muscles and nerves, both as to the functions they perform, as well as their structure, that properly all the living solids may be considered as parts of the same kind, to which the name nervous system is accustomed to be affixed by medical men.

117. The wonderful properties which these parts possess, claimed to themselves the attention of medical men and philosophers; and many very ingenious men (amongst whom must be enumerated the great Newton) bestowed no little pains in investigating the causes of them, and inquiring into the manner in which their different functions were performed; and brought before the public the various conjectures upon these matters which pleased them individually. But not yet any rational mode of investigating the subject by experiment has been proposed:

est; et experientia bis mille annorum demonstravit satis superque, etiam sapientissimos homines rarissime detegere arcana naturæ conjectando. Nonnulli scriptores omnino male abusi sunt nomine Neutoni, nunquam non venerando, qui rejecerunt totam opinionem quam cuperent tueri in auctoritatem ejus; quamvis ille, solitâ modestiâ et prudentiâ (quas plerique auctores maluere laudare quam imitari) proposuerit suam sententiam de hâc re, pro conjecturâ tantum seu quæstione, aut refellendâ aut confirmandâ idoneis experimentis et argumentis. Sed ne licet sumere conjecturas quidem Neutoni pro veris; ille non sic (est) imitandus; sic scientia non promovenda (est).

118. *Profecto variæ sententiæ prolatae sunt de modo, quo sensus que voluntarius motus fiunt in animali corpore; verò hoc est commune fundamentum, for-*

menta explorandi; et experientia bis mille annorum satis superque demonstravit sapientissimos etiam hominum naturæ arcana conjectando rarissime detegere. Male omnino Neutoni nomine, nunquam non venerando, abusi sunt scriptores nonnulli, qui opinionem quam tueri cuperent in ejus auctoritatem rejecerunt totam: quamvis ille, solita modestia et prudentia (quas laudare quam imitari plerique auctores maluere) suam de hac re sententiam, pro conjectura tantum seu quæstione proposuerit, idoneis experimentis et argumentis aut refellenda aut confirmanda. Sed ne quidem Neutoni conjecturas pro veris sumere licet: non sic ille imitandus; non sic scientia promovenda.

118. Variæ profecto sententiæ, de modo quo sensus motusque in corpore animali fiunt, prolatae sunt; omnibus vero hoc fundamentum commune est, fortasse et viti-

and the experience of two thousand years has amply and more than adequately shown, that the most learned very rarely discover the arcana of nature by conjecturing. Some writers have very basely abused the name of Newton, ever to be venerated, who referred to his authority the entire opinion which they were anxious to defend; although he, with his usual modesty and caution, (which many authors would rather commend than imitate,) gave his opinion on this subject, as conjecture or a query only, to be refuted or established by proper experiments and arguments. But we must not receive the conjectures even of a Newton as truths: he is not in this way to be imitated; in this way science is not to be advanced.

118. Various opinions, indeed, have been advanced, concerning the manner in which sensation and (voluntary) motion take place in the animal body; but this is the common foundation, and, perhaps, error of all, that they seek

um quoque, nempe, quod rationem utriusque petant a motibus quibusdam generi nervoso propriis et peculiaribus, ab organo sensus incipientibus, et per nervos ad cerebrum propagatis, dum sentimus; et a cerebro incipientibus, perque nervos (sive eosdem qui sensui inserviunt, sive alios omnino diversos et distinctos, quamvis in eundem fasciculum cum illis colligatos) ad musculos delatis, dum musculos nostros ad arbitrium movemus.

119. Hos motus alii crediderunt per ipsam substantiam nervorum fieri, trementium vel vibrantium, ut vocabant, non secus ac lyræ chordæ tremunt plectro percussæ.

120. Alii, quibus bene perspectum erat quam male accommodati essent nervi et cerebrum ad tales perficiendos et propagandos tremores vel motus (quippe qui toti mollissimi existant, et vicinarum partium tactu multum impediti, vel sæpe etiam ad vicinas partes alli-

tasse et vitium quoque omnibus, nempe quod petant rationem utriusque a quibusdam motibus propriis et peculiaribus nervoso generi, incipientibus ab organo sensus, et propagatis per nervos ad cerebrum, dum sentimus; et incipientibus a cerebro, que delatis ad musculos per nervos (sive eosdem qui inserviunt sensui, sive alios omnino diversos et distinctos, quamvis colligatos in eundem fasciculum cum illis) dum movemus nostros musculos ad arbitrium.

119. Alii crediderunt hos motus fieri, per substantiam ipsam nervorum, trementium vel vibrantium, ut vocabant, non secus ac chordæ lyræ tremunt (cùm) percussæ plectro.

120. Alii, quibus erat bene perspectum quam malè nervi et cerebrum essent accommodati ad perficiendos et propagandos tales tremores et motus (quippe qui existant toti mollissimi, et sint impediti multum tactu vicinarum partium vel sæpe (sint) etiam alligati ad partes

for an explanation of both in certain motions, proper and peculiar to the nervous system, beginning from the organ of sense, and propagated by means of the nerves, to the brain, during sensation; and those beginning in the brain, conveyed to the muscles by the nerves, either the same which are subservient to sensation, or others quite different and distinct, although bound up into the same fasciculus with them, whilst we move the muscles at our will.

119. Some considered, that these motions take place through the medium of the substance of the nerves, trembling, or vibrating, as they term it, in the same way as the strings of the lyre tremble, when struck by the plectrum.

120. Others, by whom it was well perceived how ill the nerves and brain were fitted for perfecting and propagating such tremors and motions, (inasmuch as they are all very soft, and are much obstructed by contact of neighbouring parts, or often bound down to neighbouring parts,) referred the

vicinas) rejecerunt motus, quos contendebant fieri et esse necessarios, in tenuem et valdè mobilem humorem, quem (illi) fingeant inesse nervis, que moveri in iis suis legibus, que possidere multas et miras dotes et excellentias.

121. *Alii demùm potiùs confugerunt ad universalem ætherem, qualem et nuper et olim multis philosophis pervadere implere, que temperare totum mundum variis legibus, ope et ministerio cujus, sidera mearent, sol fulgeret, mare cresceret que decresceret, flumina laberentur, venti spirarent, plantæ pullularent, Jupiter ipse tonaret. Certè æther est utilissimus et strenuissimus, sed nusquam prehensus, nusquam deductus ad quæstionem, ut redderet rationem sui, mutabilior et fugacior Proteo ipso, multum agitatus jam frustra que diu, tandem requiescat in pace. Nam quæ*

gati sint) motus, quos fieri et necessarios esse contendebant, in humorem tenuem et valde mobilem rejecerunt, quem nervis inesse fingeant, inque iis suis legibus moveri, multasque et miras dotes et excellentias possidere.

121. Alii demum ad ætherem universalem potius confugerunt, qualem et nuper et olim multis philosophis persuasum est totum mundum pervadere, implere, variisque legibus temperare; cujus ope et ministerio sidera mearent, sol fulgeret, mare cresceret decresceretque, flumina laberentur, venti spirarent, plantæ pullularent, Jupiter ipse tonaret. — Utilissimus certe et strenuissimus æther, sed nusquam prehensus, nusquam ad quæstionem deductus, ut sui rationem redderet, Proteo ipso mutabilior et fugacior, diu multumque jam frustra agitatus, tandem requiescat in pace. Nam quæ spes

motions, which they contended took place, and were necessary, to a subtile and very active fluid, which they imagined to be in the nerves, and is moved in them by certain laws, and possesses many wonderful properties and virtues.

121. Lastly, others have had recourse to an universal æther, such as formerly and lately many philosophers were persuaded, pervaded, filled, and governed the whole universe by various laws; by the aid and attendance of which, the stars moved, the sun shone, the sea rose and fell, the rivers glided along, the winds blew, the plants shot forth, and Jupiter himself thundered. Truly æther is a very useful and powerful agent, but on no occasion laid hold of, never been brought to give an account of itself; more changeable and fleeting than Proteus himself, agitated so long, and to no purpose, at last let

prehendendi "cui in plures jus est transire figuras?"

"Nam modo te juvenem, modo te videre leonem, Nunc violentus aper; nunc quem tetigisse timerent.

Anguis eras; modo te faciebant cornua taurum: Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri. Interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,

Flumen eras; interdum, undis contrarius ignis."

122. Male vero de his aut similibus commentis medici prius disputaverint, quam vel observando vel experiendo, demonstratum fuerit, talem æthera existere, talesque in genere nervoso motus fieri: vel saltem credibile factum fuerit, talibus conjecturis nodum solutum iri. Concessis enim omnibus de æthere et motibus in genere nervoso postulatis, parum omnino proficitur; nam tremores nervorum vel motus ætheris, qua-

*spes*prehendendi (illud "cui jus est transire in plures figuras?" Nam modo (illi) vidēre te (quam) juvenem, modo (vidēre) te leonem; nunc (eras) violentus aper; nunc eras anguis, quem (homines) timerent tetigisse: modo cornua faciebant te taurum: sæpe poteras videri lapis quoque sæpe (poteras videri) arbor; interdum, eras flumen imitatus faciem liquidarum aquarum; interdum eras ignis contrarius undis.

122. Autem medici, male disputaverint de his aut similibus commentis prius, quam demonstratum fuerit, vel observando vel experiendo, talem æthera existere, que tales motus fieri in nervoso genere; vel saltem fuerit factum credibile, nodum solutum iri talibus conjecturis. Enim omnibus concessis de æthere et motibus postulatis in genere nervoso, omnino parum efficitur; nam tremores nervorum vel motus ætheris, qualescunque (illi) amantissimi

it rest in peace: for what hope is there of catching, "what is allowed to assume so many forms?"

"For now a man's or lion's form it takes,
Now a rude boar's, and now an odious snake's;
A bull's majestic front is oft thine own;
And oft thou seem'st a tree, and oft a stone:
Now in a bubbling stream thou dost aspire;
187. *Anxietas, medico sensû, oritur imprimis, a quâcunque causâ turbante vel impediante motum sanguinis, per cor, que magna vasa prope cor que pulmonem. Hinc comitatur multiplicia vitia cordis que vasorum ejus, (scilicet) amplificationem, constrictionem, conversionem in os, polypum, palpitationem, syncope, inflammationem, debilitatem, et ideo nonnullos affectus animi.*

188. *(Anxietas) quoque oritur ab omni difficultate spirandi, qualiscunque fuerit causa ejus: nimirum ab impeditâ exhalatione mephitis e pulmone, et (ab) istâ salutari mutatione sanguinis, quæ (mutatio) fit per spiritum; et forsân (ab)*

Revera ingens anxietas corporea metum et animi anxietatem firmissimo pectori incutiet. Et hæc vicissim, si gravis fuerit et diuturna, fractis corporis viribus, imprimis quæ sanguinis cursum efficiunt, alteram inducere poterit.

187. Anxietas, medico sensu, oritur imprimis a causa quacunque sanguinis motum, per cor vasaque magna prope cor pulmonemque, turbante vel impediante. Hinc vitia cordis ejusque vasorum multiplicia, amplificationem, constrictionem, conversionem in os, polypum, palpitationem, syncope, inflammationem, debilitatem, et ideo nonnullos animi affectus, comitatur.

188. Oritur quoque ab omni spirandi difficultate, qualiscunque ejus causa fuerit; impedita nimirum exhalatione mephitis e pulmone, et mutatione ista salutari sanguinis quæ per spiritum fit; et sanguine forsân ipso minus libere

great corporeal anxiety will strike fear and anxiety of mind into the firmest bosom; and this, on the other hand, if it has been acute and long continued, (and) the bodily powers being broken down, especially those which maintain the circulation of the blood, will be enabled to bring on the other.

187. Anxiety, in a medical sense, arises especially from every cause disturbing or impeding the motion of the blood through the heart and the large vessels near the heart and lungs. Hence it accompanies the numerous disorders of the heart and its vessels; such as enlargement, narrowing, ossification, polypus, palpitation, syncope, inflammation, debility, and, consequently, some affections of the mind.

188. It also arises from every difficulty of breathing, whatever may have been the cause: namely, from impeded exhalation of mephitic air from the lungs; from that salutary change of the blood which takes place by breath-

per pulmonem transuente. Hujusmodi anxietas profunde in pectora sentitur.

189. Dicitur quoque oriri a difficiliore transitu sanguinis per jecur, cæteraque viscera abdominis.

190. Genus quoddam anxietatis hypochondriacis familiaris, et molestissimæ, oritur a stomacho et intestinis, vel multo crudi atque corrupti cibi potusque onere gravatis, vel aëre per concoctionem minus sanam extricato distentis. Tali onere, vel distentione, ventriculus, organum delicatissimum, male afficitur. Nil mirum igitur si sensum ingratum dat; quin et ejus distentio liberum septi transversi descensum impedit, et sic respirationi obest. Hujusmodi anxietas, expulso aëre, multum et subito levare solet, et hoc et aliis pravæ digestionis signis, facile dignosci-

ipso sanguine transuente minus libere per pulmonem. Anxietas hujusmodi sentitur profundè in pectore.

189. (*Anxietas*) quoque dicitur oriri a difficiliore transitu sanguinis per jecur, que (per) cætera viscera abdominis.

190. Quoddam genus anxietatis familiaris et molestissimæ hypochondriacis, oritur a stomacho, et intestinis, vel gravatis multo onere crudi atque corrupti cibi que potus, vel distentis aëre extricato per concoctionem minus sanam. Ventriculus, delicatissimum organum male afficitur tali onere vel distentione. Igitur (est) nil mirum, si dat ingratum sensum, quin et distentio ejus impedit liberum descensum transversi septi, et sic obest respirationi. Anxietas hujusmodi solet levare multum et subito, aëre expulso, et facile dignoscitur ab hoc, et (ab) aliis signis pravæ digestionis.

ing; and, perhaps, from the blood itself circulating less freely through the lungs. Anxiety of this kind is felt deeply in the chest.

189. (Anxiety) is also said to arise from a more difficult circulation of blood through the liver, and other abdominal viscera.

190. A certain kind of anxiety, common and very troublesome to hypochondriacs, arises from the stomach and intestines, either being oppressed with a great accumulation of crude and corrupted food and drink; or from being distended with gas, extricated in consequence of less healthy digestion. The stomach, a most delicate organ, is distressed by such an accumulation or distention. Therefore, it is no wonder if it affords an unpleasant sensation; and besides, its distention impedes the free descent of the diaphragm, and in this way is an obstacle to respiration. Anxiety of this kind is accustomed to be much and suddenly relieved by the expulsion of flatus, and is easily known

Anxietas solet referri in his exemplis ad ventriculum, sed parùm accurate.

191. Quoque anxietas, nunc gravior nunc levior sæpè comitatur febres omnigenas; tum propter generalem debilitatem, tum propter sanguinem pulsum a superficie corporis, que accumulatum magnis vasis, veluti ingruente intermittente febre; tum quoque propter ventriculum male effectum, et gravatum onere crudi aut corrupti cibi, vel distentum et nauseantem multo potù imprimis calido, (vel) medicato. Febre ingravescente, æger angitur magis que magis, insigniter ut medici testantur, mox ante crisin vel nocte quæ præcedit eam (crisin), veluti ante eruptionem super cutem, vel profluvium sanguinis, vel sudorem, vel fluxum alvi, quales aliquando solvunt febres. Quoque æger angitur a repulsâ eruptione, vel salutari translatione.

tur. In his exemplis, anxietas, ad ventriculum, sed parum accurate, referri solet.

191. Febres quoque omnigenas anxietas sæpe comitatur, nunc gravior nunc levior: tum propter generalem debilitatem, tum propter sanguinem a superficie corporis pulsum, inque magnis vasis accumulatum, veluti ingruente febre intermittente; tum quoque propter ventriculum male affectum, et onere cibi crudi aut corrupti gravatum, vel multo potu, imprimis calido, medicato, distentum et nauseantem. Ingravescente febre, æger magis magisque angitur, insigniter, ut testantur medici, mox ante crisin, vel nocte quæ eam præcedit, veluti ante eruptionem super cutem, vel sanguinis profluvium, vel sudorem, vel alvi fluxum, quales febres aliquando solvunt. Angitur quoque æger a repulsa eruptione, vel translatione salutari.

by this and other symptoms of bad digestion. Anxiety is wont to be referred, in these cases, to the stomach, but with less propriety.

191. Also, greater or less anxiety frequently accompanies all kinds of fevers; both on account of the general debility, and on account of the blood being driven from the surface of the body, and accumulated in the large vessels, as in the commencement of intermittent fever; as well as on account of the stomach being disordered, and oppressed with a load of crude or corrupted food, or distended and nauseated with much drink, especially warm, or medicated. As the fever increases, the patient becomes much more and more anxious, and remarkably (as medical men assert), just before a crisis, or during the night which precedes it; for instance, before an eruption on the skin, or a discharge of blood, or sweat, or diarrhœa, such as sometimes carry off fevers. A patient is also rendered anxious by a repelled eruption, or a salutary metastasis.

192. Quin et febres, et plerosque morbos pariter anxietas comitatur, quum, vita jam deficiente, mors instat, cujus prænuncia est et signum. Fit, nimirum, quum vires vitales, propriis muneribus impares factæ, circuitum sanguinis absolvere nequeunt. Qualis autem sit hæcce anxietas, cætera appropinquantis mortis signa satis superque docent.

193. Porro, inter somnum ab iisdem causis anxietas oriri potest. Hinc dira somnia, quæ somnum sæpe subito et cum terrore rumpunt.

194. Pruritus, sensus scilicet inquietans, cum scalpendi cupiditate sæpe molestissimus est, quamvis voluptati magis quam dolori affinis sit.

195. Ut dolor a gravi irritatione, tam mechanica quam chemica, sic pruritus a leviori fit. Titillatio, seu frictio, veluti indusii lanei minus assueto homini, et delicatiore

192. Quin anxietas pariter comitatur et febres, et plerosque morbos, quum, vitâ jam deficiente, mors instat, cujus (mortis, anxietas) est prænuncia et signum. Nimirum fit, quum vitales vires, factæ impares propriis muneribus, nequeunt absolvere circuitum sanguinis. Cætera signa appropinquantis mortis docent satis superque, qualis hæcce anxietas sit.

193. Porro, anxietas potest oriri inter somnum, ab iisdem causis. Hinc dira somnia, quæ sæpe rumpunt somnum subitò et cum terrore.

194. Pruritus, scilicet sensus inquietans, cum cupiditate scalpendi, est sæpe molestissimus, quamvis sit magis affinis voluptati quam dolori.

195. Ut dolor fit a gravi irritatione, tam mechanicâ, tam chemicâ, sic pruritus (fit) a leviori. Titillatio seu frictio, veluti lanei indusii, excitat pruritum ho-

192. Moreover, anxiety equally accompanies fevers and most diseases, when, life failing, death is at hand, of which it is a forerunner and indication. For it comes on, when the vital powers, rendered incompetent to their proper functions, are unable to carry on the circulation of the blood. The other symptoms of approaching death show sufficiently, and more than sufficiently, what kind of anxiety this is.

193. Moreover, anxiety may arise during sleep, from the same causes. Hence, frightful dreams, which often break the slumbers suddenly, and with terror.

194. Itching, that is, a teasing sensation, with a desire of scratching, is frequently very troublesome, although it is more allied to pleasure than to pain.

195. As pain is produced by great irritation, as well mechanical as chemical, so itching (is produced by irritation) of a slighter kind. The tickling or friction, as of a flannel shirt, excites itching in a person unaccustomed to it,

mini minus assueto, et prædito delicatiore cute : et multa acria derivata ex animalibus, (ex) herbis, aut (ex) rebus fossilibus. Sic pruritus est primus sensus a cantharidibus admotis cuti, quamvis idem auctus fiat dolor.

196. *Quædam acria delata in cutem, veluti in febribus, quas (febres) eruptio super cutem comitatur, aut morbo regio, aut demum varii morbi ipsius, (i. e. cutis) scabies (vel) lepra, edunt eundem effectum.*

197. *Pediculi, vermes imprimis ascarides, irritantes, vel cutem vel intestina, excitant molestum pruritus.*

198. *Quædam species interni pruritûs impellit homines ad multas et necessarias actiones, tam sani quam morborum corporis; (scilicet), excretionem urinæ et alvi, tussim, sternutationem, et similia.*

cute prædito, pruritus excitat; et multa acria ex animalibus, aut herbis, aut fossilibus rebus derivata. Sic primus sensus a cantharidibus cuti admotis, pruritus est, quamvis idem auctus dolor fiat.

196. Acria quædam in cutem delata, veluti in febribus quas eruptio super cutem comitatur, aut morbo regio, aut demum varii ipsius morbi, scabies, lepra, eundem effectum edunt.

197. Pediculi, vermes, ascarides, imprimis, vel cutem vel intestina irritantes, molestum pruritus excitant.

198. Species quædam pruritûs interni, homines ad multas et necessarias, tam sani quam morborum corporis, actiones impellit; urinæ et alvi excretionem, tussim, sternutationem, et similia.

and endowed with a more delicate skin: likewise many acrid substances obtained from animals, herbs, or fossils. Thus itching is the first sensation from cantharides, applied to the skin, although the same when increased may become pain.

196. Certain acrid substances conveyed to the skin, as in fevers, which an eruption upon the skin accompanies, or in jaundice or, lastly, different diseases of (the skin) itself, as itch, or lepra, produce the same effect.

197. Lice, worms, and especially ascarides, irritating either the skin or intestines, excite troublesome itching.

198. A certain kind of internal itching urges men to many and necessary actions, both of the healthy and of the sickly body, for instance, the excretion of urine and fæces, coughing, sneezing, and the like.

CAP. VI.—*De Gustu, ejusque usibus, varietatibus, et vitiis.*

199. Hujus organum princeps est lingua: eaque quo proprior apici, eo acutiorem; quo proprior gutturi, eo obtusio-rem sensum habet; quamvis revera acria nonnulla, circa apicem vix gustata, prope radicem linguæ, vel in ipso gutture, acerrimum sensum excitent.

200. Lingua insignibus et pulcherrimis papillis nervosis instruitur, quæ proxima gustus sedes videntur esse. Hæ inter gustandum elevantur, et eriguntur, quo acutiorem sensum habeant.

201. Nihil gustare possumus, nisi quod in saliva, quæ fere aqua est, solubile sit, ut fluida forma linguæ admotum involucra ejus

CAP. VI.—*De Gustu, de usibus, varietatibus, (de) vitiis ejus.*

199. Lingua est princeps organum hujus: quæ ea habet sensum eo acutiorem, quo est proprior apici, (sed) (habet sensum) eo obtusio-rem, quo proprior gutturi: quamvis revera, nonnulla, acria vix gustata circa apicem, excitent acerrimum sensum prope radicem linguæ, vel in gutture ipso.

200. Lingua instruitur insignibus et pulcherrimis nervosis papillis, quæ videntur esse proxima sedes gustus. Hæ elevantur et eriguntur inter gustandum, quo habeant acutiorem sensum.

201. Possumus gustare nihil, nisi quod sit solubile in salivâ, quæ est fere aqua, ut admotum linguæ fluidâ forma, pervadat involucra

CHAP. VI.—*On Taste, its uses, varieties, and disorders.*

199. The tongue is the principal organ of this (sense); and has more acute sensibility the nearer it is to the tip, more obtuse sensibility the nearer it is to the throat: although, in truth, some acrid substances, (which are) scarcely tasted at the tip, excite a sharp sensation near the root of the tongue, or in the throat itself.

200. The tongue is supplied with remarkable and very beautiful nervous papillæ, which appear to be the proximate seat of taste; these are elevated and erected during taste, in order that they may have more acute sensibility.

201. We can taste nothing but what is soluble in saliva, which is almost water; so that (when) applied to the tongue in the fluid state, it may pervade

ejus, que afficiat nervosam pulpam. Hinc insolubiles terræ sunt nullius saporis.

202. *Neque est sat corpus esse solubile, ut gustemus id. Oportet, (ut) habeat nonnihil salis, vel saltem acrimoniæ in se, quod stimulet nervosam substantiam. Igitur quicquid est minus salsum aut acre quam ipsa saliva, habet nullum saporem.*

203. *Varia genera saporum facillè distinguuntur, et ideò nacta sunt sibimet nomina peculiariora etiam in communi sermone: veluti, sapor acidus, dulcis, amarus, salsus, acer, aromaticus, (vel) putridus: vero hic quoque jungitur cum odore. Sunt varii gradus omnium saporum, que omnes possunt conjungi variè inter se.*

204. *Alii saporis sunt suavissimi et gratissimi: alii (sunt) ingrati, que vix tolerandi. Tamen (est) mira diversitas hominum de*

pervadat, pulpamque nervosam afficiat. Hinc terræ insolubiles nullius saporis sunt.

202. Neque sat est solubile esse corpus, ut id gustemus. Oportet salis, vel saltem acrimoniæ nonnihil in se habeat, quod nervosam substantiam stimulet. Quicquid igitur quam ipsa saliva minus salsum aut acre est, nullum habet saporem.

203. Saporum varia genera facile distinguuntur, et ideo nomina peculiariora etiam in communi sermone sibimet nacta sunt: veluti sapor acidus, dulcis, amarus, salsus, acer, aromaticus, putridus; hic vero cum odore quoque jungitur. Omnium saporum varii sunt gradus, omnesque varie inter se conjungi possunt.

204. Sapoires alii suavissimi et gratissimi sunt; alii ingrati, vixque tolerandi. Mira tamen de hac re hominum diversitas: ita ut

its coverings, and affect the nervous pulp. Hence, insoluble earths are devoid of taste.

202. Nor is it sufficient that a body be soluble, that we may taste it: it is necessary that it contains some saltiness, or at least some acrimony within it, which may stimulate the nervous substance. Therefore, whatever is less salt or acrid than the saliva itself, has no taste.

203. Different kinds of tastes are easily distinguished, and therefore have obtained to themselves appropriate names, even in common discourse; as, an acid, sweet, bitter, salt, acrid, aromatic, or putrid taste: but this last is also combined with smell. There are different degrees of all the tastes, and they may all be variously combined together.

204. Some tastes are very sweet and agreeable; others are unpleasant and scarcely to be endured. But there is much diversity amongst men in this

quod aliis maximæ voluptati est, alii non sine nausea et horrore respuant.

205. Quin et suavissimos sapores, qui magnam primo voluptatem dederant, homines brevi fastidire solent; dum pessimos et ingratisissimos, quales sunt nicotianæ tabaci, ferulæ assæfœtidæ, et similibus, consuetudine amare discunt et appetere.

206. Usus gustus præcipuus videtur esse, ad cibum bonum et salubrem invitare, a noxio aut minus idoneo divertere. Plerique et optimi cibi gustui grati sunt. Qui vero gustui incorrupto mali saporis sunt, ii fere nocent. Hujusmodi instinctu, raro fallace, quem olfactus quoque juvat, bruta animalia ad idoneum cibum perducuntur, et a noxio arcentur.

207. Hic vero instinctus, non secus ac reliqui, minus perfectus homini quam belluis datur; quippe

hæc re: ita ut quod est maximæ voluptati aliis, alii respuant non sine nausea et horrore.

205. *Quin homines solent brevè fastidire et suavissimos sapores, qui primo dederant magnam voluptatem: dum consuetudine (homines) discunt amare et appetere pessimos et ingratisissimos (sapores), quales sunt (sapores) nicotianæ tabaci, ferulæ assæfœtidæ, et similibus.*

206. *Præcipuus usus gustûs videtur esse, invitare ad bonum et salubrem cibum, (et) divertere a noxio aut minus idoneo (cibo). Plerique et optimi cibi sunt grati gustui. Vero (cibi) qui sunt mali saporis incorrupto gustui, ii ferè nocent. Bruta animalia perducuntur ad idoneum, cibum, et arcentur a noxio instinctû hujusmodi, raro fallace, quem olfactus quoque juvat.*

207. *Vero hic instinctus, non secus ac reliqui (instinctus) datur minus per-*

respect; so much so, that what is the greatest pleasure to some, others reject not without loathing and horror.

205. Moreover, persons are accustomed in a short time to dislike even the sweetest tastes, which at first had afforded much pleasure; whilst (on the contrary) by habit, they learn to like and long for the worst and most disagreeable tastes; such as of tobacco, assafœtida, and the like.

206. The principal use of taste appears to be, to invite to good and wholesome food, (and) to divert from what is noxious or less proper. Most, and the best kinds of food, are pleasant to the taste; but those which are of a bad taste, to an uncorrupted palate, are generally injurious. The brute creation are directed to proper food, and are kept from what is noxious, by instinct of this kind, seldom deceptive, and which the smell also assists.

207. This kind of instinct, like the rest, is given less perfect to man than to brutes; for he being endowed with other faculties, has less need of

fectus homini quam belluis: quippe qui præditus aliis facultatibus, minus egeat tali auxilio. Verò ipse instinctus qui datur, sæpe corrumpitur parum naturali genere vitæ.

208. Porro alma Parens rerum statuit, ut (hæc) actio adeo necessaria ad alendam vitam, et quodammodo voluntaria suâ naturâ, non careret aliquâ voluptate. Allicimur ad sumendum et conficiendum cibum, grato sapore cibi, tanquam præmio. Reverà ista voluptas multum pendet a statu ventriculi, et a necessitate sumendi novi cibi. Enim vilissimus cibus et fere insulsus, est gratissimus homini esurienti, vero crearet fastidium saturi. Porro, inter mandendum, copiosior saliva fluit, quo gustus evadat accuratior, et sapor cibi gratior. Etiam saliva fluit esurienti ad conspectum, vel etiam ad imaginem aut recordationem grati cibi, quem appetit.

qui tali auxilio minus egeat, aliis facultatibus præditus. Ipse vero qui datur instinctus, vitæ genere parum naturali sæpe corrumpitur.

208. Statuit porro alma rerum Parens, ut actio ad vitam alendam adeo necessaria, et sua natura quodammodo voluntaria, voluptate aliqua non careret. Grato cibi sapore tanquam præmio, ad cibum sumendum et conficiendum allicimur. Revera ista voluptas pendet multum a statu ventriculi, et a necessitate novi cibi sumendi. Vilissimus enim cibus, et fere insulsus, homini esurienti gratissimus est, saturi vero fastidium crearet. Porro, inter mandendum saliva copiosior affluit, quo accuratior evadat gustus, et cibi sapor gratior. Fluit etiam saliva esurienti ad conspectum, vel etiam ad imaginem aut recordationem grati cibi quem appetit.

such assistance; but the instinct which is supplied, is generally vitiated by an unnatural mode of life.

208. The kind parent of nature has ordained, that an action, so necessary to support life, and in its nature in some degree voluntary, might not be devoid of some pleasure. We are allured to take and prepare food, by its agreeable taste, as if by remuneration. Still that pleasure much depends upon the state of the stomach, and the necessity of taking fresh food: for the most common food, and what is almost tasteless, is most acceptable to a hungry man, but would create disgust in one that is satisfied. Moreover, during mastication, there is a more copious flow of saliva, in order that the taste may be more accurate, and the savour more agreeable. The saliva flows at sight only, in a hungry man, or (even) at the idea or recollection of the pleasant food which he longs for.

209. Gustus raro nimis acutus observatur, nisi a vitio cuticulæ, quæ linguam tegit. Hæc, si sublata fuerit, aut vulnerata, aut ulceribus, aphthis, similibusque malis, obsessa, tum gustu nimis acri facto, sapores non sine dolore percipiuntur; vel aliquando sapor nullus distinguitur, solus dolor sentitur.

210. Deficit, non secus ac tactus, a cerebri variis ipsius nervorumque vitiis. Hujusmodi vero exempla rara sunt. Nonnullis hominibus admodum obtusus datur. Hi quoque parum olfactus habere solent. Deficit sæpissime propter defectum salivæ: nam sicca lingua gustare nequit. Hinc in multis morbis obtusus est, febribus imprimis, gravedine, &c. tum ob salivæ, tum quoque ob appetitus defectum, qui in sano homine adeo juvat; vel propter linguam ipsam tenace et fædo muco obductam.

209. *Gustus raro observatur nimis acutus, nisi a vitio cuticulæ, quæ tegit linguam. Si hæc fuerit sublata, aut, vulnerata, aut obsessa ulceribus, aphthis, quæ similibus malis, tum gustu facto nimis acri, sapores non percipiuntur sine dolore; vel aliquando nullus sapor distinguitur, (et) dolor solus sentitur.*

210. *(Gustus) deficit, non secus ac tactus a variis vitiis cerebri, quæ nervorum ipsius. Vero exempla hujusmodi sunt rara. (Gustus) datur admodum obtusus nonnullis hominibus. Hi quoque solent habere parum olfactus. Sæpissime deficit propter defectum salivæ: nam sicca lingua nequit gustare. Hinc obtusus est in multis morbis, imprimis febribus, gravedine, &c. tum ob defectum salivæ tum quoque ob (defectum) appetitus, qui adeo juvat in sano homine: vel propter linguam obductam tenace et fædo muco.*

209. Taste is seldom observed too acute, unless from disorder of the cuticle which covers the tongue. If this has been raised, or wounded, or covered with ulcers, aphthæ, and similar diseases, then taste having become too acute, the savours are perceived, not without pain; or sometimes no taste is distinguished, (but) pain alone is felt.

210. Like touch, it is defective from various disorders of the brain and its nerves; but instances of this kind are very rare. It is given very obtuse to some men. Those persons likewise are accustomed to possess little smell. It is most frequently defective on account of a want of saliva; for a dry tongue is unable to taste. Hence, it is obtuse in many diseases; particularly in fevers, catarrh, &c., both on account of a want of saliva, as well as on account of loss of appetite, which is so useful in a healthy person; or on account of the tongue itself being covered with thick and filthy mucus.

211. *Sæpe gustus depravatur. Scilicet vel gustamus, omnino nihil admoto linguæ: vel siquid admotum fuerit ei, percipimus saporem alienum a vero et solito. Hoc plerumque fit, a vitio salivæ, quæ ipsa (saliva) gustatur. Hoc modo dulcis, salsus, acer, amarus, putridus, rancidus, sapor, potest percipi, prout saliva fuerit corrupta, vel a statu generalis massæ humorum, vel organorum quæ secernunt ipsam, vel ipsius oris vel, ventriculi, unde vapor et ructus surgunt ad os, præsertim si habet se male.*

212. *Verò præter vitia salivæ, gustus vitatur ab aliis causis, veluti conditione nervosarum papillarum: cujus verò parum est notum hactenus. Nam nonnunquam gustus planè alienatur quamvis ipsa saliva sit nullius saporis aliis hominibus.*

213. *Medici solent multum nec immeritò attendere ad conditionem linguæ in*

211. *Depravatur sæpe gustus. Scilicet, vel gustamus, nihil omnino linguæ admoto; vel, si quid eiad motum fuerit, saporem percipimus a vero et solito alienum. Hoc fit plerumque a vitio salivæ quæ ipsa gustatur. Hoc modo sapor dulcis, salsus, acer, amarus, putridus, rancidus, percipi potest, prout saliva, vel a statu generalis massæ humorum, vel organorum quæ ipsam secernunt, vel oris ipsius, vel ventriculi, unde vapor et ructus, præsertim si male se habet, ad os surgunt, corrupta fuerit.*

212. *Verum, præter salivæ vitia, ab aliis causis gustus vitatur, veluti papillarum nervosarum conditione; cujus vero parum hactenus notum est. Nam gustus nonnunquam plane alienatur, quamvis saliva ipsa aliis hominibus nullius saporis sit.*

213. *Ad linguæ conditionem medici in omnibus morbis, præ-*

211. The taste is often depraved; that is to say, we either have taste, no substance at all being applied to the tongue; or if something be applied, we perceive a taste different from what is proper and usual. This generally occurs from disorder of the saliva, which itself is tasted: in this way, a sweet, salt, acrid, bitter, putrid, or rancid taste, may be perceived, according as the saliva has been corrupted by the condition of the general mass of the fluids or organs which secrete it, or of the mouth itself, or of the stomach, whence gas and eructations rise to the mouth, particularly if it be disordered.

212. But, besides the disorders of the saliva, the taste is vitiated from other causes: as by the state of the nervous papillæ; of which, however, little is hitherto known: for sometimes the taste is evidently altered in some persons, although the saliva itself is of no taste to other persons.

213. Medical men are accustomed to attend (much) and not improperly,

sertim febribus, multum solent attendere; nec immerito. Nam ex ea judicare possunt de statu ventriculi, de siti, vel potius de necessitate potus sumendi, cum æger, propter delirium, stuporem, &c. neque sitim sentit, neque de ea potest conqueri; et demum de natura, et augmento, vel remissione febris, ab inspecta lingua, medici judicium aliquod deducere conantur.

omnibus morbis, præsertim febribus. Nam possunt judicare ex eâ, de statu ventriculi, de siti vel potius de necessitate sumendi potûs, cum æger propter delirium, stuporem, &c. neque sentit sitim, neque potest conqueri de eâ: et demum medici conantur deducere aliquod judicium ab linguâ inspectâ, de naturâ, et augmento, vel (de) remissione febris.

to the state of the tongue, in all diseases, particularly in fevers; for they are enabled to judge from it, of the state of the stomach; of the thirst, or rather of the necessity of taking drink, at a time that a patient on account of delirium, stupor, &c., is neither sensible of thirst, nor able to complain of it; and, lastly, medical men endeavour to deduce some judgment from inspection of the tongue concerning the nature, and increase, or remission, of fever.

CAP. VII.—*De Olfactû—*
que de usibus, varietatibus,
et de vitiis ejus; nec non
de naturâ Odorum, que
(de) effectibus eorum, in
humano corpore.

214. *Sedes hujus sensûs*
est in illa mollissimâ et deli-
catissimâ membranâ, refer-
tâ nervorum et vasorum ve-
hementium sanguinem, quæ
obducitur naribus internis,
que variis sinibus, et antris,
quibus est iter ex iis (i. e.
internis naribus). Sensus
(est) acutior circa medium
septum, que ossa spongiosa,
quibus crassior et mollior
membrana datur, quam in
profundioribus antris, ubi
membrana est tenuior, mi-
nus nervosa, et minus refer-
ta vasis: quamvis hæ partes
quoque, non omnino careant
olfactû.

215. *Ut judicamus de so-*
lubilibus partibus corporum
gustû, sic (judicamus) de
volatilibus partibus quæ

CAP. VII.—*De Olfactu; ejusque*
usibus, varietatibus et vitiis:
nec non de natura Odorum, eo-
rumque effectibus in corpore hu-
mano.

214. *Hujus sensus sedes est in*
membrana illa mollissima, delica-
tissima, nervorum et vasorum san-
guinem vehentium referta, quæ
naribus internis, variisque sinibus
et antris, quibus iter ex iis est ob-
ducitur. Acutior sensus circa me-
dium septum, ossaque spongiosa,
quibus membrana crassior, et mol-
lior datur, quam in antris profun-
dioribus, ubi membrana tenuior,
minus nervosa, et vasis minus re-
ferta est: quamvis hæ quoque, ut
videtur, partes olfactu non omnino
careant.

215. *Ut gustu de partibus cor-*
porum solubilibus, sic olfactu de
partibus volatilibus, quæ subtilis-

CHAP. VII.—*On Smelling, its uses, varieties, and disorders: also on the*
nature of Odours, and the effects of them on the human body.

214. The seat of this sense is, in that very soft and very delicate membrane, supplied with nerves and vessels carrying blood, which is spread over the internal nares, and the various sinuses and cavities to which there is a passage from them. The sense is more acute about the central septum and spongy bones, to which a thicker and softer membrane is given, than in the deeper cavities; where the membrane is thinner, less nervous and less supplied with blood-vessels; although these parts, likewise, are not entirely devoid of the power of smelling.

215. As we judge of the soluble particles of bodies, by the taste, (we judge) by the smelling of the volatile particles which, in a very fine state, float in the

simæ per aëra volitant, judicamus. Ut accurate olfaciat aliquis, apertis quantum possit naribus, clausoque ore, aëra fortiter inhalat, quo plures particulæ volatiles, majoreque vi, olfactus organo admoveantur.

216. Organum quoque olfactus, non secus ac organum gustus, quo acutiorem sensum habeat, madidum servatur; partim proprio mucus, partim lachrymis quæ ex oculis assidue destillant.

217. Ut gustus cibi itineri, sic olfactus ostio viarum, quas aër subire debet, custos præponitur, moniturus ne quid noxii, via quæ semper patet, in corpus admittatur. Porro, ut gustus, hic quoque sensus ad cibum salutarem invitat, a noxio aut corrupto, putrido imprimis vel rancido, deterret.

218. Quin et odores quidam insigni vi in genere nervoso pollent, et mirandos nonnunquam effectus edunt. Alii grate exci-

subtilissimæ volitant per aëra, olfactû. Ut aliquis olfaciat accuratè, inhalat aëra fortiter, naribus apertis quantum possit, quæ ore clauso, quo plures volatiles particulæ, quæ majore vi, admoveantur organo olfactûs.

216. Quoque organum olfactûs, non secus ac organum gustûs, servatur madidum, quo habeat auctiorem sensum; partim proprio mucus, partim lachrymis, quæ assidue destillant ex oculis.

217. Ut gustus præponitur (ut) custos itineri cibi, sic olfactus (præponitur custos) ostio viarum, quas (vias) aër debet subire, moniturus ne quid noxii admittatur in corpus, viâ quæ semper patet. Porro, ut gustus, hic sensus quoque invitat ad salutarem cibum, (et) deterret a (cibo) noxio, aut corrupto, imprimis putrido, aut rancido.

218. Quin et quidam odores pollent insigni vi in nervoso genere, et nonnunquam edunt mirandos effectus. Alii (odores) excitant gratè,

air. In order that one may smell accurately, he inhales the air forcibly, with the nostrils opened as wide as possible, and with the mouth closed; so that most of the volatile particles may be applied, with greater force, to the organ of smelling.

216. The organ of smelling, also, like the organ of taste, is kept in a moist state, that it may possess more acute sensibility; partly by its own mucus, and partly by the tears, which are constantly flowing down from the eyes.

217. As taste is placed as a guardian to the passage of the food, so smelling (performs the same duty) to the opening of the passages which the air ought to enter; about to warn lest any thing noxious be admitted into the body by that passage, which is always open. Moreover, like taste, this sense also invites us to wholesome food, and keeps us from that which is hurtful, or corrupted, particularly the putrid and rancid.

218. Some odours are endowed with remarkable influence over the nervous

et statim reficiant hominem fere deficientem animo: alii (odores) faciunt hominem linqui animo, et aliquando, ut fertur, planè extinguunt (illum.) Quoque (illa) quæ vocantur antipathiæ pertinent huc, profectò ridiculæ, sed sæpè debellandæ nullâ vi animi.

219. *Interdum olfactus fit nimis acutus, tum propter quædam vitia ipsius organi, quod observatur rariùs, tum quoque propter nimis sentiens universum nervosum genus: ut aliquando observatur in quibusdam febribus, in phrenitide, (et) in hysteriâ.*

220. *(Olfactus) sæpiùs obtunditur, aut a vitiis cerebri quæ nervorum, veluti (illis) provenientibus a vi illatâ capiti, vel ab internâ causâ: aut a vitio organi ipsius, aridi propter solitos humores suppressos, vel versos aliò, vel obruti nimia copiâ muci quæ lachrymarum. Est exemplum utriusque in gravedine, ubi initio morbi nares arescunt, verò postea vel inundantur multo*

tant, et animo fere deficientem statim recreant: alii animo linqui faciunt, et aliquando, ut fertur, hominem plane extinguunt. Huc quoque pertinent quæ vocantur antipathiæ, ridiculæ profecto, sed sæpe nulla vi animi debellandæ.

219. Olfactus interdum nimis acutus fit, tum propter vitia quædam organi ipsius, quod rarius observatur, tum quoque propter universum genus nervosum nimis sentiens; ut in febribus quibusdam, in phrenitide, in hysteria, aliquando observatur.

220. Obtunditur sæpius, aut a vitiis cerebri nervorumque, veluti a vi capiti illata, vel a causa interna, provenientibus; aut a vitio ipsius organi, aridi, propter solitos humores suppressos, vel alio versos, vel nimia muci lachrymarumque copia obruti. Utriusque exemplum est in gravedine, ubi initio morbi nares arescunt, postea vero vel multo humore inundan-

system, and sometimes produce surprising effects: some excite agreeably, and immediately restore a person, when approaching to syncope; others bring on fainting, and sometimes (as it is reported) completely deprive of life: what are called antipathies likewise may be referred to this place, truly ridiculous, but frequently to be subdued by no power of the mind.

219. Smelling becomes sometimes too acute, both on account of disorders of the organ itself, which is seldom observed, as well as on account of a too sentient nervous system in general, as is sometimes observed in certain fevers, in phrenitis, and in hysteria.

220. Smelling is more frequently blunted, either from diseases of the brain and nerves, as those proceeding from force applied to the head, or from an internal cause; or from disorder of the organ itself, dry on account of the usual fluids suppressed, or being directed elsewhere, or overwhelmed with an excess of mucus or tears. There is an instance of both (disorders) in catarrh,

tur, vel spissiore muco obstruuntur. Sed in his aliisque bene multis exemplis, membrana nasi ipsa afficitur inflammatione, relaxatione, tensione nimia, qua fieri non potest quin nervi, qui magnam ejus partem efficiunt, vitientur. Porro, quicquid liberum aëris in nares introitum, aut ipsius per eas transitum impedit, olfactui non obesse non potest.

221. Depravatur nonnunquam olfactus, et odores percipiuntur, ubi nihil odorati fuit, vel odores rerum percipiuntur a veris et solitis alieni. Particulæ odoratæ, post longam in antris moram, demum erumpentes, et organum denuo afficientes, hujusmodi depravationem, in sanissimo etiam homine, nonnunquam efficiunt. Multa quoque vitia narium partiumque quibus ad eas iter patet ulcera, caries, cancer, corruptio quævis oris, dentium, gutturis, pulmonis, prava etiam in ventri-

humore, vel obstruuntur spissiore muco. Sed, in his que in bene multis aliis exemplis, ipsa membrana nasi, afficitur inflammatione, relaxatione, vel nimia tensione, qua non potest fieri, quin nervi vitientur, qui efficiunt magnam partem ejus. Porro, quicquid impedit liberum introitum aëris in nares, aut transitum ipsius (aëris) per eas (nares,) non potest non obesse olfactui.

221. Nonnunquam olfactus depravatur, et odores percipiuntur, ubi fuit nihil odorati, vel odores rerum, alieni a veris et solitis (odoribus) percipiuntur. Odoratæ particulæ, post longam moram in antris, demum erumpentes, et denuo afficientes organum, nonnunquam efficiunt depravationem hujusmodi, etiam in sanissimo homine. Quoque multa vitia narium, que partium quibus iter patet ad eas, scilicet, ulcera, caries, cancer, quævis corruptio oris, dentium, gutturis, pulmonis, etiam prava concoc-

when the nostrils are dry in the beginning of the disease, but are afterwards inundated with much fluid, or obstructed by a thicker mucus. In this, as in many other cases, the membrane of the nose itself is attacked by inflammation, relaxation, or excessive tension; by which it cannot be, but that the nerves are disordered, which form a considerable portion of it. Besides, whatever impedes the free entrance of air into the nostrils, or its egress through them, cannot fail to be an obstacle to smelling.

221. Smelling is sometimes depraved, and odours are perceived, when there is no odorous body, or odours of things unlike the real and true ones, are perceived. Odorous particles after long detention in the cavities, emerging at length, and again affecting the organ, sometimes produce a depravation of this kind, even in a perfectly healthy man. Likewise, many diseases of the nostrils and of the parts, from which a passage is open to them; such as ulcers, caries, cancer, any corruption of the mouth, teeth, throat, or lungs;

tio in ventriculo, exhalando fœtidum vaporem, possunt corrumpere olfactum. Fortasse interdum depravatur, a vitiis cerebri, que nervorum, ratio quorum est magis obscura.

culo concoctio, vaporem fœtidum, exhalando, olfactum corrumpere possunt. Depravatur interdum fortasse a vitiis cerebri nervorum-que quorum ratio magis obscura est.

CAP. VIII.—*De Auditû, (de) Sonis, et (de) Vitiis Auditûs.*

CAP. VIII.—*De Auditû, Sonis, et Vitiis Auditus.*

222. *Hic sensus excitatur tremoribus aëris, quos (tremores) sonantia corpora faciunt. Cartilaginosa externa auris, et uterque meatus auris colligunt hos (tremores,) deferunt (illos) ad tympanum, et simul intendunt quo feriant membranam tympani majore vi. Hæc membrana ipsa commota et tremens, commovet*

222. *Hic sensus excitatur tremoribus aëris, quos corpora sonantia faciunt. Hos auris externa, cartilaginosa, et meatus auris uterque, colligunt, ad tympanum deferunt, et simul intendunt, quo majore vi membranam tympani feriant. Hæc membrana, ipsa commota et tremens, malleum sibi annexum commovet, et junctam sibi*

also bad digestion in the stomach, by exhaling a fetid vapour, may vitiate the sense of smelling. It is possibly sometimes disordered by diseases of the brain and nerves; the reason of which is more obscure.

CHAP. VIII.—*On Hearing, Sounds, and the Disorders of Hearing.*

222. This sense is excited by the tremors of the air, which sonorous bodies occasion. The cartilaginous external ear, and each meatus, collect these (tremors), carry them to the tympanum, and at the same time stretch it, that they may strike the tympanum with greater impetus. This membrane, itself agitated and tremulous, moves the malleus annexed to it, and makes

incudem ferire facit; juvantibus simul propriis mallei musculis. Incus vero suum motum ossi orbiculari et stapedi impertit, qui iterum, tum hoc motu, tum quoque actione sui musculi, ita trahitur, ut pars posterior ejus baseos in fenestram ovalem, ipsumque vestibulum, impellatur. Porro, tremores membranæ tympani, cum aëre per tubam Eustachianam in tympanum delato, simul communicantur; qui demum aër fenestræ rotundæ membranam ferit, qua in labyrinthum, seu aurem intimam, pervenitur. Duplice igitur, ut videtur, modo, tremores ad labyrinthum perveniunt, qui totus, mollissima et admodum sentiente nervosa membrana, obductus, et aquula pellucida, subrubra, ad omnes tremores suscipiendos et propagandos aptissima, plenus, ultimum auditus organum est.

223. Neque sane quicquam certa fide de singularum auris internæ

malleum annexum sibi, et facit ferire incudem junctam sibi: propriis musculis mallei simul juvantibus. Verò incus impertit suum motum ossi orbiculari et stapedi, qui iterum trahitur, tum hoc motu, tum quoque actione sui musculi, ita, ut pars posterior baseos ejus impellatur in ovalem fenestram, que (in) vestibulum ipsum. Porro, tremores membranæ tympani, simul communicantur cum aëre delato per Eustachianam tubam in tympanum: qui aër demum ferit membranam fenestræ rotundæ, quâ pervenitur in labyrinthum, seu intimam aurem. Igitur tremores perveniunt, duplice modo ut videtur, ad labyrinthum, qui totus obductus mollissimâ et admodum sentiente nervosâ membranâ, et plenus, pellucidâ aquulâ, subrubrâ, aptissimâ ad suscipiendos, et propagandos omnes tremores, est ultimum organum auditûs.

223. *Neque sanè quicquam est notum certâ fide, de actionibus singularum*

it strike the incus, which is articulated with it; the proper muscles of the malleus at the same time assisting. But the incus imparts its motion to the orbicularis and stapes, which again is drawn in such a direction, both by this motion, as well as by the action of its own muscle, that the posterior portion of its base is forced into the fenestra ovalis, and the vestibule itself. Moreover, the tremors of the membrane of the tympanum, communicate, at the same time, with the air conveyed by the Eustachian tube to the tympanum, which (air) at last strikes the membrane of the fenestra rotunda, by which it is conveyed to the labyrinth, or internal ear. Therefore tremors, as it appears, arrive in two ways to the labyrinth, which being entirely lined with a very soft and very sensitive nervous membrane, and filled with a pellucid, reddish fluid, best adapted to receive and propagate all tremors, is the ultimate organ of hearing.

223. Nor indeed is anything known for certain of the actions of the separate

partium internæ auris, præterquam ossicula ipsa esse aptissima ad suscipiendos, et reddendos vel propagandos tremores, et idè conferre ad auditum: ita ut soni perveniant per dentes et maxillam, et petrosum os ad ultimam nervosam partem organi, et sic homo ferè surdus, neque audiens per aëra, quodammodo fruatur musicâ. Potius est confitendum, hic multum obscuri subesse, et actionem et usus multarum partium, quæ sunt in aure, adhuc parùm intelligi.

224. *Soni sunt fortes vel debiles, graves vel acuti. Magnitudo vel claritas soni pendet a vi seu magnitudine tremorum, quos sonans corpus impertit aëri; gravitas (pendet) a numero tremorum, qui absolvuntur dato tempore. Tamen sunt certi fines, citra et ultra quos, sonus est vel nullus vel acerrimus, et ingratissimus auri, que vix tolerabilis.*

partium actionibus notum est, præterquam ossicula ipsa ad tremores suscipiendos et reddendos vel propagandos aptissima esse, et ideo ad auditum conferre: ita ut per dentes et maxillam, et petrosum os, soni ad ultimam nervosam organi partem perveniant, et sic homo fere surdus, neque per aëra audiens, musica quodammodo fruatur. Potius confitendum est, multum hic subesse obscuri, et actionem et usus multarum partium, quæ in aure sunt, parum adhuc intelligi.

224. Soni sunt fortes vel debiles, graves vel acuti. Soni magnitudo vel claritas pendet a vi seu magnitudine tremorum, quos corpus sonans aëri impertit; gravitas a numero tremorum qui dato tempore absolvuntur. Sunt tamen certi fines, quos citra et ultra, vel nullus sonus est, vel acerrimus, et auri ingratissimus, vixque tolerabilis.

parts of the internal ear, beyond that the little bones are best adapted for receiving, and returning or propagating tremors, and on that account contribute to hearing; so that sounds may arrive by means of the teeth, maxilla and petrous bone, to the ultimate nervous part of the organ; and thus a man who is nearly deaf, and not hearing through the medium of the air, may enjoy music to some extent. We must confess that here there is much obscurity, and that the action and uses of many parts which are in the ear, are still little understood.

